15 Victoria verbi dei volumen originale Ruperti Abbatis Tuiciensis sacræ paginæ professoris egregii, sacramenta Pentateucon cæterorumque veteris ac novœ legis librorum occulta in tredecim libros divisum. *Impressum per Anthon. Sorg civem Augustensem anno dom.* 1487. In-fol. veau fauve.

Character goth. Folia signantur et numerantu *C V.* Editio originalis libri singularis.

16 Liber decretorum Amedei ducis Sabaudiæ. In-fol. m. r.

In fine legitur : *impr. Taurini anno salutis nostre* 1487, (*per Jacobinum Suigo.*)

In principio extat *epistola Jacobi suici inter litterarum impressores minimi data ex Taurino anno* 1487, *pridie Nonas Octobris.* Character gothicus. Folia signantur et numerantur LXXXXVI. De hoc vide Vernazza *della promulgatione de la stampa in Sardinia*; *impr. Cagliari.* In-8°.

17 M. Anton. Sabellici rerum Venetarum decades. *Venetiis per Andr. de Torresanis de Asula* 1487, 21 *Maii.* In-fol. m. v.

Habet signat., et custodes. Vide Debure N°. 5035. Epithoma librorum, et epistola Sabellici ad Marcum Barbadicum occupant septem priora folia.

18 Flavii Vegetii epitoma institutionum rei militaris ex commentar. Catonis Celsi, Trajani, Adriani et Frontini. *Impressum Romæ per Eucharium Silbert alias Franck anno dom. milles. qua-*

dring. octogesimo septimo die vero quarto Kal. Februarii.

Sequitur registrum.

Ælianus de instruendis aciebus ad div. Hadrianum a Theodoro Thessalonicense Latinum factum et Antonio Panormitæ Alphonsi regis præceptori dicatum præfatio. *Impressum Romæ per .... Eucharium Silbert alias Franck anno dom. millesimo quadring. octogesimo septimo, quinto decimo Kal. Martii.*

Sequitur registrum.

Sixti Julii Frontini viri consularis stratagematicon libri IV. *Impressum Romæ per.......... Eucharium Silbert alias Franck anno* M.CCCCLXXXVII. *die vero prima Junii.*

Sequitur registrum.

Æliani de instruendis aciebus opus, etc.

Idem est opus modò recensitum, quod bis in hac collectione occurrit.

Modeſti libellus de vocabulis rei militaris ad Tacitum Auguſtum. *Impreſſum Romæ per .... Eucharium Silbert alias Franck anno domini* M. CCCC. LXXXVII, *ſeptimo Idus Junii.* In-4°.

Ex ſex tantùm plagulis. Hæc eſt prima editio ſcriptorum rei militaris in unum corpus redactorum, quibus præmiſit *epiſtolam Sulpitius Verulanus ad Paulum de comite*, quæ occupat unam partem folii primi.

19 Petri Pauli Vergerii Juſtino Politani de ingenuis moribus et liberalibus ſtudiis libellus. In-4°.

In fine legitur: *hoc opus impreſſit Mediolani Antonius Zarotus opera et impendio Johannis Legnani* M. CCCC. LXXXVII. *die XVIII Octobris.* Folia ſignantur, et eodem charactere uſus eſt ac anno 1474, pro *Æſopi fabulis.* Editio elegans et penitùs ignota, ipſi Saxio.

20 Tractatus Joãnis Vidman dicti Meichinger de puſtulis et morbo qui vulgato nomine *Mal de Franzos* appellatur, *editus anno Xp̃i* M. CCCC XXCVij. In-4°.

Constat octo foliis. Character verò pertinet ad gothicum, quo Eucharius Silbert Romæ hoc anno utebatur. Unus est e primis libris qui de lue Venereâ tractaverit. Editio penitùs ignota, etiam P. Audiffredy.

Libri

Libri sub anno 1488.

1 Commentum Alberti Magni ordinis Prædicatorum in libros phisicorum. *Impr. Venetiis per Joh. de Forlivio et Gregorium fratres, anno dom.* M.CCCC. LXXXVIII. *die Viij Januarii.* In-fol. goth.

2 L. Apulei opera cum Epistolâ Joan. Andr. Episcopi Aleriensis. *Impress. Vicentiæ per Henric. de sto Urso* 1488, *die nona Augusti.* In-fol.

3 Alexandri Aphrodisei problemata e Græco in Latin. traducta per Georgium Valla. Aristotelis problemata Theodoro Gaza interpretate; et Plutarchi problemata simul seriatimque mendatissima exceptis Plutarchi tribus ad summum quatuor locis, ubi Græcum exemplar mancum erat. *Impressum Venetiis per Ant. de Strata Cremonensem anno* 1488, *die Sabatti III Nonas Januarii.* In-fol. v. f.

4 Les Ethiques d'Aristote traduites de

Latin en François par le commandement du Roi Charles V, par Nicolas Oresme doyen de l'église de Notre-Dame de Rouen. *Imprimées à Paris le VIII jour de 7bre. mil CCCC. quatrevingt et huit, sur le pont Notre-Dame à l'image St. Jean l'Evangéliste.* In-fol.

Folia numerantur; cum litteris vulgò *bâtardes.* Vid. David Clément, Tom. 2 pag. 88.

5 Avieni Epigram. Arati phænomena Quinti Sereni medicinæ liber, et omnia metricè. *Venetiis Ant. de Strata* 1488, *octavo Kal. Novembris.* In-4°.

Hujus editor fuit victor Pisanus. Desinit cum signat. *P IIII.* EDITIO PRINCEPS.

6 M. T. Cicero de officiis cum comment. Petri Marsi (1488.) In-fol. v. f.

Paginæ integræ sunt 47 linearum, ultima 21.

7 S. Vincentii Ferrerii Valentinensis ord. Predicator. sermones de sanctis. *Mediolani Scinzenzeler* 1488, *die* 3a. *Martii.* In-4°.

Vide Saxium, ad hunc annum.

8 Formularium Florentinorum contractuum. *Florentiæ* 1488. In-fol.

Folia signantur et numerantur CLVI.

9 Glossa super psalmos Petri de Harentalis ord. Præmonstratensis. *Impr. in Reutlingen* 1488, *quo Romanorum rex Maximilianus captus tenebatur in Ponte Flandriæ. Deinde liberatus auxiliante dn̄o nostro Jesu Cristo qui est benedictus in sæcula sæculorum.* In-fol. v. f.

Character gothicus, cum signaturis.

10 Homeri opera omnia Græcè, labore et industria Demetrii Cretensis, sumptibus Bernardi et Nerlii Tanaidis Nerilli Florentinorum. *Florentiæ* 1488. In-fol. Tomi duo. m. r.

Vide Debure N°. 2493. Exemplar elegantissimum.

EDITIO PRINCEPS.

11 La mer des histoires. In-fol. Tomi duo.

In fine primi legitur: *ce premier volume fust achevé à Paris par Pierre Lerouge imprimeur du*

Roi l'an mille iiii^{c}. iiii^{xx}. *et VIII. ou mois de Juillet.*

In fine verò secundi : *ce présent volume fust achevé ou mois de Février par maistre Pierre Lerouge, mil* CCCC XXXX^{xx} *et VIII.*

12 Nestoris Dionisii Novariensis opera Gramm. *Venetiis* 1488, 26 *Junii, per Guilelmum de tridino de Montefera.* In-fol. v. f.

EDITIO PRINCEPS.

Et antiquior eâ quæ N°. 2278, *Bibl. instruct.* habetur. Incipit aliquot versibus auctoris ad Ludovicum Sfortiam, et folio secundo sequitur liber primus operis. Folia numerantur 184.

13 Sonetti i triumphi di Petrarcha colle annotationi di Francesco Philelpho e col commento di Bernardo da Monte Illicinio da Siena. *Impresso in Venesia pel pelegrino di Pasquali e domenico Berthoco da Bologna Compagni* 1488, *adi VIII di Aprile.* In-fol. vélin.

14 Roderici Sancii de Arevalo speculum vitæ humanæ. *Impressus Bisuncii anno dom. millesimo* CCCCLXXXViij. In-4°.

In eodem volumine, et ex eodem gothico charactere uniuntur :

Speculum artis bene moriendi.
Speculum anime pecatricis.
Speculum conversionis pecatorum.
Speculum Sacerdotum cum historiâ Udonis.

In fine *speculi conversionis pecatorum* legitur : *impssus Bisuntii anno dom.* M. CCCC LXXXVIII. Folia signantur, et quædam litteræ majores inciduntur. Fusè de hoc discurritur in *dissertation sur l'origine et les progrès de l'imprimerie en Franche-comté, imprimée à Dole en* 1784. In-8°.

15 Speculum humane vitæ der Menschen Spiegel. In-fol. v. br.

Cum figuris ligno incisis et miniatis.

In fine legitur : *Gedrucht in der Keyser Lichen stat Auspurg. von Peterberger..........* M. CCCC. LXXXViij. Ex CLI foliis sic numeratis, et cum signaturis. Editionem hanc ignorarunt Maittaire et Denis.

16 Commentaria sti Thomæ de Aquino super libros Aristotelis de animâ. *Pa-*

pie impreſſum per Martinum de Lavalle de Monferato anno Chriſti 1488, *die ultimâ menſis Septembris.* In-fol.

Sequitur ejuſdem doctoris tractatus de unitate intellectûs contra commentatorem Averoim; ex 13 foliis.

In fine legitur: *Papie die Viiij Octobris.*

6 * Sebaſtiani Brant navis ſtultifera e vernaculo Germanico ſermone in Latinum tranſlata per Jacob. Locher cognomento Philomuſum. In-4°. m. r.

In fine legitur: *finis Narragonicæ navis per Sebaſt. Brant*, etc....... *Impreſſum per Jacobum Zachoni de Romano anno domi* M. CCCC. LXXXVIII, *die XXViij menſis Junii.*

Accuratè deſcribitur hæc editio apud Debure N°. 2921; ſed multi poſt ipſum pro verâ ac certâ hujus anni 1488 notâ erroneè hanc exiſtimarunt; ita ut denarius numerus debeat ſuppleri et ſcribi 1498; hoc conſtat evidenter.

In principio præmittitur epiſtola Jacobi Locher ad Sebaſtianum Brant *data Friburgi Kalendis Februarii anno* 1497; quæ epiſtola eadem eſt ac in editione Baſileenſi *anni* 1498.

Non ergò potuit emitti hæc epistola anno 1497 in uno libro anni 1488.

Aliundè hæc editio non est nisi imitatio editionis Basileensis Bergmanni de Olpe *anni* 1498, cùm iidem versus ad hunc de Olpe per Thomam Beccadellum ante subscriptionem in utrâque editione reperiantur. Originalis igitur ac prima non est editio Jacobi Zachoni, quin potiùs posterior est editioni Basileensi *anni* 1498, et hæc etiam prima non est: eam enim præcessit altera Argentinensis *anni* 1497. Videtur autem primam in linguâ Germanicâ prodiisse circa 1490, et secundam anno 1494. Brant natus est anno 1458. *Navem* hanc Germanicè scripsit, et posteà se ad ejus latinam translationem accinxit, hancque incepit; sed terminavit Jacobus Locher; hoc probant versus Sebastiani Brant ad *Jacobum Philomusum, subeundæ perfectionis Narragoniæ e Barbaria in Latiale solum*:

Nuper ego stultos vulgari carmine scripsi,
Est satis hic noster notus ubique labor, etc.

Legendum ergò 1498.

Libri sub anno 1489.

1 Albumasar de magnis conjunctionibus, annorum revolutionibus, ac eorum profectionibus, octo continens tractatus. *Erhardi Ratdolt viri solertis eximiâ industriâ, et mirâ imprimendi arte, quâ nuper Venetiis, nunc Augustæ Vindelicor. excellit nominatiss. pridie Kal. Aprilis* 1489. In-4°. m. r. cum figuris.

Huic unitur sequens:

Opusculum repertorii pronosticon in mutationes aeris tam via astrologica q̄m metheorologica, uti sapientes experientia comperientes voluerunt utilissimè ordinatum.

In fine folio verso legitur: *repertorium de mutatione aeris finit.*

Ex eodem Ratdolt charactere imprimitur ac præcedens, et terminatur cum signaturâ *f*.

2 Aristotelis libri VIII politicorum et æconomicorum libri II. *Impr. Parisiis pro Durando Gerlier in vico Maturi-*

norum in interſignio de l'eſtrille faulx veau. Opera mag. Georgii Wolff anno ſal. 1489, 14 *Calend. Februar.* In-4°.

Ex charactere Romano. Huic unitur ſequens:

Plinius II Veronenſis de viris illuſtribus, ex editione Lilii Tiphernatis, qui dicit in epiſtolâ præmiſſâ, *Angelus typhernas redeo ad Plinium qui cum a Germanis Romæ imprimendum poſtularetur corrigendi operis morem geſſi.*

Hujus verus auctor eſt Aurelius Victor, non verò Plinius Junior.

Pagina prima conſtat 30 lineis, et ultima ex 17, et 22 foliis. Editio hæc Romæ videtur impreſſa circa annum 1474. Ex charactere Georg. Saſchel. Caret ſignat., num. et cuſtodibus. Hic veniit apud la Vallière 120 lib.

3 Petri Bruti Veneti Epiſcopi Catharenſis victoria contra Judæos. *Vicentiæ Bevilaqua* 1489, *die tertio menſis Octobris.* In-fol. m. r.

Vide Maittaire et Pinelli, N°. 752.

4 Baptiſtæ Mantuani ſecunda partheni-

ces. *Impr. Bononiæ* 1489, *quinto Idus Februarii.* In-4°.

Ejusdem Carmina varia. *Impr. Bononiæ Plato de Benedictis* 1489, *XII Kal. Augusti.* In-4°.

Phalaridis Epistolæ ex versione Aretini (*nunc Phalaris doctum protulit ecce caput*, etc.) In-4°.

Ex charactere Eucharii Silbert Romæ. Sequitur registrum,

Boneti Delatis Hebræi Medici Provenzalis anuli per eum compositi super astrologiæ utilitates.

Sic terminatur :

Parce precor rudibus quæ sunt errata latino,
Lex hebrea mihi est : lingua latina minus.

Petri de Vicentia Episcopi Cæsenatis una cum petro Isvaglies Archiepiscopo Rhegino ad Papam Alexandrum VI relatio super falsis brevibus confectis per Bartholomeum Floridum tunc Archiepiscopum Cosentinum. *Impressum*

Romæ per Eucharium Silbert alias Franck Romæ in campo Flore 1497, *die IX Novembris.*

Leonelli de Chieregatis Episcopi Traguriensis Papæ referendarii sermo in publicatione confederationis inite inter Papam Innocentium VIII, et Venetorum Dominium habitus Romæ in ecclesia Sti Petri die 2ª. Februarii 1487.

Ex charactere Stephani Plannch Romæ.

Christophori Landini formulario di epistole vulgare. *Impressum Romæ per magistrum Stephanum Plannch* (*circa* 1490.)

Hæc omnia opuscula unita, sunt in-4°.

5 Decretorum codex seu concordantia discordantium canonum. *Impressus Venetiis, impensa Thomæ de Blavis de Alexandria*, 1489 *die VI Februarii.* In-4°.

Character gothicus.

6 Formularium Advocatorum et Procuratorum curiæ Romanæ et Parlamenti

Regii. *Impr. Baſileæ* 1489, 4°. *Ydus Martii.* In-fol. veau fauve.

Character gothicus. Folia numerantur 117.

7 Aulu Gellii noctium Atticarum libri. *Impr. Venetiis Bernardin. de Choris de Cremona et Simon. de Luero* 1489, *die* 13 *Auguſti.* In-fol.

8 Joan. Gerson. opera omnia. *Impr.* 1489. In-4°. Tom. tres.

In fine primi legitur : *anno Dominicæ nativit.* 1489, *menſis vero Decembris X Kal*[s].

In fine secundi legitur : *anno ſalutis* 1489, *quinto Nonas Auguſti.*

Et in fine tertii : *finiunt opera Cancellarii Pariſienſis doctoris Xtianiſſimi magiſtri Joh. de Gerſon quæ ut frugem lectori uberrimam ferat emendatiſſima lima caſtigata fuere anno dñi* 1489, 12 *Kal. Novembris.*

Character Gothicus est. Folia signantur. Bina per paginam columna. Editionem hanc prodiisse Argentinæ affirmat Dupin in suâ *præfatione ad editionem, operum Gerſonis a ſe curatam.*

9 Joan. Gerson de imitatione Xti libri

IV, et de contemptu omnium vanitatum mundi et de meditatione cordis. *Impr. Parisius ,p Higman Almanum in vico Clausi Brunelli ad intersignium leonum propè Scholas decretorum anno dn̄i millesi. quadring. octuagesimo nono, die verò decimâ octavâ Januarii.* In-8°. v. b.

Character quadratus; cum signaturis.

10 Legenda et miracula Sancti Goaris edita per Mandalbertum diaconum ad illustrem virum Marquardum abbatem Monasterii Prumie. In-4°. parvo, m. r.

In fine vitæ et actuum legitur: *impensis Johãnis Gisen de Nasteden artium liberalium magistri legenda divi Goaris confessoris eximii est impressa Moguntiæ anno dn̄i* 1489.

Hujus subscriptionis folio verso incipit *oficium S. Goaris*. Character titulorum est ex eo genere quo *psalterium anni* 1459; textus verò ex eo minore, quo *scrutinium scripturarum anni* 1478 impressit Petrus Schoyffer. Constat 28 foliis signatis *a. b. c. d.* Raritatem operis probat ejus omissio in *Biblioth. Moguntinâ* Stephani Wurdtvein, et altum de eo apud bibliographos silentium.

11 Fratris Roberti Carazoli de licio ord. minor. Pontificis Aquinatis opus de laudibus Sanctorum. *Accuratissime per Georgium Wolff Parisiis in sole aureo vici Sorbonici impressum anno a natali Xtiano* M. CCCC. LXXXIX *quinto Calendas Februarias. Deo gratias.* In-4°.

Character gothicus ; cum signaturis , absque custodibus et numeris. Vide Crevenna pag. 156.

12 Mamotrectus seu liber totius bibliæ expositorius. *Impr. Argentinæ* 1489. In-fol.

Folia numerantur more Romano 142.

13 Missale Romanum. *Impr. Venetiis per Baptistam de Tortis* 1489 , *die* 29 *Octobris.* In-4°.

In eo deest Calendarium ; sed in festo cathedræ legitur : *animas ligandi atque solvendi ;* et cantus Romanus imprimitur.

14 Johannis Nyder manuale confessorum. *Paris Joan. Bonhomme* 1489. goth. veau fauve.

Johannis Nyder de morali lepra. *Paris J. Bonhomme die 30 Julii.* In-4°. veau fauve.

Extant signaturæ in mediâ parte paginæ.

15 Francisci de Platea tractatus restitutionum. *Spire impreſſum finit feliciter anno dom.* 1489. In-fol.

Jacobus Wimphelingius epistolam præfixit ad Petrum Drack *datam ex Spira Kal Junii* 1489. Folia signantur ab *a* ad *q*.

16 Thomæ a Kempis de imitatione Xti et J. Gerson de meditatione cordis. *Lugduni Treschel* 1489, *die verò XI mensis Octobris.* In-4°. m. r.

Ex LXVI foliis siç numeratis.

17 Summa quæ Rosella casuum appellatur per Troamala edita. *Impr. per Anton. de Binetis et Fr. de Girardenghis* 1489, 15 *Aprilis.* In-4°. goth.

Folia numerantur et sunt 414.

18 Le livre de Valerius Maximus trans-

laté de Latin en François, par maistre Symon de Hesdin religieux des hospitaliers de St Jean de Jerusalem, qui poursuivit jusqu'au VIIme. livre, dela en avant jusque a la fin du livre par Nicolas de Gonesse par ordre de msgr. le Duc de Berry 1401. *Imprimé a Lyon sur le Rosne par maistre Mathieu Husz imprimeur de livres, demourant en la dicte ville de Lyon, l'an mil quatre cent quatrevingt et neuf, la vigile de St Jean-Baptiste.* In-fol. v. f.

Cum figuris ligno incisis et miniatis.

Libri

Libri ab anno 1490, *ad annum* 1500.

1 Tractatus Petri de Alliaco de potestate Papæ et auctoritate Cardinalium factus per eum in concilio Constantiensi post depositionem Joh. Papæ vicesimi tertii. In-4°. m. r.

Character gothicus; sub finem quinti decimi sæculi. Terminatur cum signaturâ *d iii.*

2 S. Anselmi meditationes ac S. Augustini. In-4°. m. r.

Character gothicus; cum signaturis quarum ultima *b iii.*

3 Artis bene moriendi tractatus, cum tractatulo metrico Sti bernardi de meditatione mortis. In-4°.

Terminatur cum signaturâ *c iiij.*

Tractatus qui stella Clericorum inscribitur. In-4°. goth.

Terminatur cum signaturâ *b iij.*

4 Augustini liber de vita Christiana. In-4°. m. r. goth.

Ultima pagina ex 10 lineis, et ex 15 foliis signatis.

5 Le livre de St Augustin de seul parler de l'ame à Dieu, (imprimé en lettres bâtardes.) In-12. m. violet.

Terminatur cum signaturâ *h*.

6 Hieronimi Balbi oratorisque celeberrimi epigrammatum opus. In-4°. m. r. goth.

Constat 21 foliis, et terminatur cum signaturâ *c iij*.

7 Libro chiamato ambizione composto per ser Bastiani Foresi, notaio Fiorentino al Lorenzo de Medici nel quale si dichiarono precepti d'agricoltura secundo la Georgica di Virgilio. (*in Firenze circa* 1490.) In-4°.

Finit cum signaturâ *m iii*, et incipit cum signaturâ *b* 1; et cum capitulo primo libri primi. Si deficiat ergò signatura *a*, videtur hanc excepisse tantùm prolegomena aut epistolam ad Laurentium de Medicis. Vide *Negri scrittori Fiorentini*. Hìc pro insigni raritate hujus poematis

adjicere existimavi observationem manuscriptam eruditi Salvini apud Florentinos: *il Ficino scriveva lettere a Bastiano Foresi.* In una del libro V°. *Lo chiama suo familiare et libro VI gli dice libens sume lyram laborum dulce lenimen. Ho veduto un frammento di libro interza rima con questo titolo. libro chiamato ambitione composto da Bastiano foresi notaio Fiorentino al magnifico Lorenzo, de medici nel quale si dichiarono precepti della agricultura secundo la georgica di Virgilio.* Notam hanc subministravit clarissimus Canonicus Bandini. Ex quibus verbis concludere licet Salvini in hac materiâ peritissimum non aliud vidisse exemplar præter hoc nostrum: de facto enim mentio non habetur alterius in variis catalogis. Defectus autem habetur tantùm in principio, quia in paginâ ultimâ libri IV *Georgicorum* legitur: *FINIS.*

Character elegans videtur pertinere ad Typographos Florentinos circa 1490. Extabat aliud exemplar apud abbatem de Rossi.

8 Beati Bernardi meditationes. In-4°.

Ex 12 foliis. Character gothicus, et minutus; cum signat. Paginæ ex 43 lineis, et ultima ex 38.

Beati Bernardi meditationes.

Ex 15 foliis, cum signaturis. Character gothicus. Pagina ultima ex 18 lineis, cæteræ verò ex 33.

9 Biblia sacra Latina. In-fol.

Terminatur cum columnâ tertiâ Apocalypsis sic: *veni dn̄e ihū gr̄a dn̄i nr̄i ihū xp̄i cum omnibus vobis amen.*

Character gothicus, cum signaturis; columnæ sunt 48 linearum: in principio ante indicem leguntur soliti versus:

Fontibus ex Græcis. ....

.... *bene pressa manet.*

10 Fratris Bonvicini de Ripa Mediolanensis, de vita Scholastica poema Latinum. *Impress. Taurini.* In-4°. m. r. goth.

Habet signaturas et constat 16 foliis. Auctoris nomen colligitur ex duobus ultimis versibus.

11 La nef des fols du monde, premierement composée en aleman par maistre Sebastien Brant Brant docteur en droit. consecutivement d'aleman en latin ré-

digée par maiſtre Jacque Locher, reveue et ornée de pluſieurs belles concordances par ledit Brant et de nouvel tranſlatée de latin en francois et *imprimé à Paris, par Philippe Lenoir.* In-4°.

Character eſt gothicus, habet figuras; et ex 129 foliis.

12 La diſciplina degli ſpirituali la quale compoſe fra domenico Chavalca Piſano dell ordine de Frati prædicatori In-4°.

Ex charactere Miſcomini Florentiæ circa 1491. Terminatur cum ſignaturâ *m ij*, et pagina ultima ex 8 lineis.

13 Cebetis Thebani tabula; Baſilii magni ſermo; Plutarchi opuſculum, et Xenophontis Jeron ſeu de tyrannide. In-8°.

Omnia græcè tantùm. Primum terminatur cum decimo quinto folio; ſecundum cum trigeſimo primo; tertium cum quinquageſimo tertio, et quartum tandem cum ſeptuageſimo tertio et ultimo folio, cujus pagina habet 23 lineas.

Folia signantur ab *alpha* ad *kappa*; post Maittaire, editionis hujus memoratur Pinelli in *prospetto di edizioni degli auctori classici*; sed nemo hanc videndo descripsit. Prodiisse videtur circa 1490, aut Venetiis aut Romæ apud Cagliergy.

Editio princeps ac rarissima. Aliquotiès compingitur unà cum *Esopo*. Ita est exemplâr Magliabechianæ Florentiæ.

14 Fratris Cherubini Minorum ordinis ad Jacobum de Borgiannis spiritualis vite compendiosa regula.

Ejusdem vite matrimonialis regula brevis ad Jacobum de Borgiannis, etc. In-4°.

Absque notâ anni et loci; sed videtur Florentiæ impress. circa 1490. Character est elegans ac quadratus. Prima pars desinit cum signaturâ *e* 4, et altera folio recto desinit cum his verbis: *finis gratias deo et gloriose semper virgini marie*, et terminatur cum signaturâ *k* 4.

15 Liber qui dicitur corona Beatæ Virginis disposita in formam concionum. In-fol.

Character gothicus. Folia signantur et numerantur CLXXXVII.

16 Lexicon Græco-Latinum Joh. Carmelitani (*Crestonis*) Placentini cum præfatione Accurſii ad Ant. Bracellum. In-4°. vélin.

Terminatur folio verſo ſic : *finis* Τελος, et cum ſignat. *p* 2.

EXEMPLAR ELEGANS.

17 Manuelis Cryſoloræ erotemata Græcè et Latinè.

Terminatur ſic folio recto : *Chryſoloræ Manuelis erotimata feliciter finiunt* Τελοσ. Columna una Græca eſt, altera Latina ; ſignatur ab *a* ad *e* 4. Columnæ habent 24 lineas.

Editio hæc Veneta aut Mediolanenſis, prodiit circa 1490 ; extabat apud Pinelli N°. 7155.

18 Manuelis Cryſoloræ erotemata, græcè tantùm. In-4°.

Folia ſignantur, conſtat 64 foliis. Paginæ habent 22 lineas. Editio hæc elegans videtur prodiiſſe Venetiis aut Romæ apud Zachariam Kaliergi, vergente ad finem quinto decimo ſæculo. Extabat apud Pinelli N°. 7157.

19 Del arte del ben morire cioe in gratia

I iv

di dio compilato et composto da Cardinale di Fermo anno dom. 1452. In-4°.

Ex charactere Miscomini in Firenze circa 1491. Terminatur cum signaturâ *d iiij*. Ex 31 foliis.

20 Incomincia el prohemio della arte del ben morire cioe in gratia di dio compilato et composto per lo reverendo in christo padre msg^r. Cardinale di Fermo negli anni del nostro signore 1452.

Post 29 versus terminatur sic : *finito el libro del ben morire tucto Storiato*, *deo gratias*. Terminatur cum signaturâ *c* 3, cum multis figuris ligno incisis. Ex charactere Florentino circa 1490.

Predica dell arte del bene morire facta dal reverendo padre frate Hieronimo da Ferrara adi II di Novembre 1496, et raccolta da ser Lorenzo Violi dalla Viva voce del predecto padre mentre che predicava.

Terminatur sic folio verso : *Laus Deo* ; cum signaturâ *c ij* ; cum figuris.

La storia de dieci mila martyri crucifixi di Jesu christo de quali scrive sto Girolamo nel suo martilogio che Furono crucifixi adi 22 di Giugno: prologo del venerabile Anastasio armarista cioe Guardiano de libri della sedia apostolica (*ex* 8 *foliis.*) In-4°. cum figuris.

Tria hæc opuscula Florentiæ videntur impressa circa 1496.

21 Eberardi Bituricensis græcismus cum comment. Joan. Vincentii Metulini. In-fol.

Character est gothicus. Terminatur cum signaturâ ʒ 4. Circa 1490.

22 Bartholomæi Fatii opus de proprietatibus verborum et synonimis ad Joan. Jacobum. In-4°.

Huic adunantur nonnullæ Epistolæ familiares Ciceronis Latinæ et in Italianam versionem translatæ. Primum opus terminatur cum signaturâ *e ii*, et secundum caret signaturis. Character est rotondus.

23 Hore dive crucis per Joan. Fernan-

dum musicum regium. *Paris Baligaud.* In-4°.

Ex octo foliis signatis; sub finem quinti decimi sæculi.

24 Tractatus magistri Johannis de Gersonno Cancellarii Parisiensis de eruditione confessorum. Idem de probatione spirituum. Idem adversus observatores dierum tnq̄m infaustorum et presertim de die Innocentium. In-4°.

Primum opusculum constat 10 foliis; absque signaturis.

Secundum etiam ex 10 signatis *a*; et utrumque ex eodem charactere gothico cursivo. Paginæ habent 23 lineas.

Tertium verò gothicum dividitur in columnas binas; signatur, et quatuor tantùm plagulis constat.

25 Joan. Gerson de imitatione xti et de contemptu om̄m̄ vanitatum mundi. Idem de meditatione cordis. In-8°. m. r.

Character gothicus. Terminatur cùm signaturâ *O*.

26 De imitatione christi et contemptu mundi libri IV. In-8°. m. r.

Nemini tanquam auctori tribuitur. Nec Gersoni nec Thomæ. Character gothicus. Terminatur cum signaturâ *p*. Habet 120 folia.

27 Giardino de oratione fructuoso. In-4°.

Terminatur octo versibus Italianis quorum ultimus sic : *questo po darni el ciel co grãdi honori*; ultima verò signatura *m iiij*.

28 Roberti Guaguini epigrammata et ars metrificandi. In-4°.

Terminatur cum signaturâ *e iiij*. Fronti folii primi, apparent insignia Antonii Cayllaut Typographi Parisini.

29 Robert. Guaguin. de arte metrificandi cum ejusdem aliquot versibus aliisque quibusdam epigrammat. *Paris Ant. Cayllaut*. In-4°.

30 Henrici (*de Septimello*) poema contra fortunam. In-4°. m. r.

In fine folio verso sic terminatur : *explicit Henrici liber contra fortunam*.

Editio originalis. Constat 26 foliis signatis. Terminatur cum signaturâ *d iij*. Poema singulare, de quo, et ejus auctore vide editionem quam vulgavit cum auctoris vitâ Dominico Maria Manni *Florentiæ* 1730. In-4°. Numero sequenti habetur altera ejusdem poematis editio cum comment. pro Literatorum commodo.

31 Elegia Henrici (*de Septimello*) de adversitate fortunæ cum commento familiari et Guilelmi Ramesii Sagiensis non contemnendis correctionibus, etc. *Impress. Lugduni impensis Symonis Vincent. anno sal.* 1511, *die vero* 18 *Augusti*. In-4°. v. f.

32 Quadragesimale Discipuli (*Joan. Heroldt*) una cum Monotesseron Joan. Gerson. In-4°.

In fine columnæ tertiæ legitur : *explicit concordantia passionis quatuor evangelistarum* quam contexuit Gerson Cancellarius Parisiensis cujus subscriptio est monotesseron , sive unum ex quatuor ; et columna hæc est 13 linearum. Character gothicus cum signaturis.

33 Hugonis primi Cardinalis ordinis Præ-

dicatorum tractatus qui speculum ecclesiæ inscribitur, et speculum sacerdotum volentium celebrare missam.

Petri de Alliaco tractatus de oratione dominicâ et salutatione Evangelicâ. In-4°. goth.

In fine legitur : *exarata vero per Anton. Cayllaut* (*Paris* circa 1495.)

34 Legendario del beato Galeoto Roberto da Rimino.

Legenda del beato Tomasuzio.

Legenda et vita dela beata Agnolela da Foligno.

Legenda de sto Lodovico re di Francia.

Legenda de sto Eleazaro.

Legenda de sta Elisabetha.

Legenda de sto Yvo.

Finis. *Stampato in Vicenza per maistro Rigo da sto Urso* (circa 1500.) In-4°.

35 Roberti de Litio prædicationes a primâ Dominicâ de adventu quotidie inclusivè usque ad quartam, et de festivitatibus a nativitate Domini usque

ad Epiphaniam cum nonnullis aliis suis prædicationibus.

Sub eodem signaturarum ordine sequitur :

Dominici Bollani artium et philōphiæ doctoris filii domini Candiani questio de conceptione glorios. virg. Mariæ. In-folio.

Terminatur his verbis capitali charactere : *Deo gratie infinite.*

Character gothicus ; terminatur cum signaturâ *h* 4.

36 La confession de Frere Lucas de Milan. In-4°. goth. m. r.

Paginæ habent 32 lineas et ultima 31, ex 10 foliis. Terminatur sic : *Amen. Finit feliciter.*

37 Le grand *vita christi* de Ludolphe le Chartreux traduit de Latin en François par Guillaume le Menand de l'Ordre de S. François et *imprimé à Paris pour Antoine Verard.* In-fol. Tomi duo, m. r. cum signaturis.

Folia numerantur. Prima editio ex versione Gallicâ.

38 La confession de Frere Olivier Maillard. In-4°. m. r.

Character gothicus, circa 1496; constat foliis 18, et terminatur cum signaturâ *c ij*.

Editio originalis ac infrequens, antiquior eâ quam Debure refert N°. 474, eadem forsan quæ apud la Vallière N°. 637.

39 Flagellum maleficorum editum per eximium sacræ theologiæ professorem magist. Petrum Mamoris natione Lemovicens. ecclesiæ beati Petri Xantoni almæ universitatis Pictavensis regentem egregium, tractatus de superstitiosis quibusdam casibus completus in alma universitate Coloniensi per egregium sacr. theologi. professorem magist. Henric. de Gorchen. In-4°. veau fauve; goth.

40 Tractatus Clarissimi philosophi et medici Matheoli Perusini de Memoria. Petrus Maufer. (*Paduæ*) *Rothomagensis Dyocesis.* In-4°.

Absque signaturis, character quadratus, et ex 6 foliis.

41 Musæi opusculum de Herone et Leandro quod et in Latinam linguam ad verbum translatum est edente Marco Musuro, et *Impress. Venetiis apud Aldum* (*circa* 1494.) In-4°. m. r. Græcè et Latinè.

EDITIO PRINCEPS et rarissima, quæ creditur primum tentamen Typographicum Aldi. Textus Græcus signatur *a*, et Latinus *b*, et perfectè conformis est descriptioni exhibitæ in *serie dell edizioni Aldine impress. in Pisa* 1790, *pag.* 257, aut editionis Patavinæ ejusdem anni pag. 150.

Caret custodibus et numeris, sed habet signaturas, et earum registrum. In principio textûs Græci sicut et Latini extant figurinæ quas *vignettes* appellant.

42 Cornelius Nepos (qui contra fidem veteris inscriptionis Plinius aut Suetonius appellatur) accuratius examinatus et emaculatus ac cum dominici Machanei commentariis disserentibus figuris insignitus. In-4°. m. r.

Talis est titulus. Character est Gothicus, et terminatur

terminatur cum signaturâ *g iij*; sub fine quinti decimi sæculi. Opus non est Cornelii Nepotis; sed Aurelii Victoris.

43 Libellus quatuor Novissimorum. *Impr.* (*Paris*) *Petrus Levet.* In-4°.

Terminatur cum signaturâ *e iiij.*

44 Cy commence le histoire et pacience de Griselidis. (*Opus Franc. Petrarchæ.*) In-4°.

Folio recto terminatur his verbis : *cy finit Gresilidis.* Ex charactere quo Viennæ in Galliis utebatur Petrus Schenck. Habet signaturas et figuras, et constat 20 foliis.

45 Jo. Poggius Florentinus apostolicæ sedi devotus Fratri Hieronimo Savoranolæ spiritum Sanioris concilii (*hortatur.*) In-4°.

In fine legitur : *impressum Rome in campo Flore.* In hoc opusculo originali et rarissimo Poggius aggreditur Savonarolam, suamque agendi rationem methodicè confutat; 1°. probat falsitatem ejus prophetiarum; 2°. ipsum fuisse legitimè ac justè excommunicatum; 3°. Hieroni-

mum egisse contra bonum publicum, contra charitatem, et contra obedientiam superioribus debitam; et tandem concludit ipsum fuisse infidelem, infamem, apostatam ac schismaticum.

Opusculum constat 14 foliis, fuitque Romæ in campo Floræ circa 1498 impressum. Opusculum rarissimum et P. Audiffredy ignotum.

46 Psalterium Græcum cum epistolâ Græcâ Justini Decadyi ad populares suos. *Impr. Venetiis Aldus.* In-4°.

Circa annum 1495 excusum vulgò existimatur. In ipso *catalogo Aldino manuscripto bibliothecæ regiæ* indicatur ab Aldo, absque eo quod designetur annus quo illud prælo commisit; sed cum hac tantùm notâ quod venale fuerit apud ipsum pro pretio quatuor Marcellorum, hoc est pro 20 solidis. Vide Zanetti *delle monete d'italia*, *Tom. IV pag.* 458.

Habet signaturas, registrum ac custodes, sed non numerantur folia. Litteræ principales ligno incisæ sunt, sicut et in principio cujuslibet psalmi viticulæ quæ gallicè *vignettes* appellantur, quarùm usum primus excogitavit Aldus. Vide *serie dell edizioni Aldine ex editione Pisanâ pag.* 258, et Pinelli N°. 41.

47 Septem psalmi pænitentiales noviter metricè compilati. *Paris per Anton. de Nidel.* In-4°. goth.

Ex sex foliis.

48 Le quadragésimal spirituel qui traite de toutes sortes de viandes pour manger en carême, etc. *Paris Jean Jeannot imprimeur.* In-4°. m. r.

Terminatur cum signaturâ *f iij.*

49 Libro di Frate Hieronimo da Ferrara della verita della fide Christiana sopra el glorioso triompho della croce di christo libri IV. In-fol.

Editio elegans quæ terminatur cum signat. *l* 4. Huic præmittitur index manuscriptus operum omnium Hieronimi Savonarolæ.

50 Fratris Hieromini Savonarolæ Ferrariensis ordinis Prædicatorum de veritate propheticâ dialogus in libros VIII divisus. In-fol. m. r.

Terminatur sic : *Laus omnipotenti Deo. finis*, et sequitur folium erratorum. Terminatur cum *f iij.*

EDITIO ELEGANS ET ORIGINALIS.

51 Tractatus qui stella Clericorum inscribitur. In-4°. m. r. goth.

Ex 11 foliis, et septem versus terminant ultimum cum signaturâ *b ij.*

52 Le Viandier pour appareiller toutes mannieres de viandes que Taillevent Queulx du Roi notre Sire fist tant pour abiller et appareiller bouilly, rousty, poissons de mer et d'eaue douce, saulces, epices, et autres choses convenables. In-4°.

In fine legitur: *cy finit le livre de cuisine nommé Taillevant, lequel traite de plusieurs choses appartenans à la cuisine*; (circa 1490.)

Terminatur cum signaturâ *d iij.* Ex formâ characteris quo utebatur Schench Viennæ.

53 Confessionale Sancti Thomæ de Aquino. In-4°. goth.

Terminatur cum signaturâ *c iiij.*

54 Sancti Thomæ de Aquino confessio-

nale, seu libellus de modo confitendi, etc. In-4° m. r.

Ex 22 foliis, cum signaturis, gothicè.

55 Traité des eaues artificielles et les vertus et propriétés d'icelles prouffitans aux corps humains. In-4°. m. r.

In fine legitur : *ce présent traictier imprimé à Vienne par maître Pierre Schenck* ; cum figurâ unâ, et signaturis. Petrus Schenck imprimebat *l'abusé en court*, Viennæ Delphinatûs, anno 1484.

56 Joan. Viveti tractatus contra Dæmonum invocatores. In-4°. m. citron.

Terminatur cum signaturâ *e* v ; et ultima pagina habet 14 lineas.

57 Veteris Vigellii speculum stultorum. In-4°. m. r.

Talis est titulus folii primi signati *a* 1. Opus verò terminatur folio verso cum lineis 9, cum signaturâ *h iiij*, et cum 61 foliis.

Character est gothicus, circa 1480. Vide Debure N°. 3988. Vide suprà parte 1ª. pag. 208.

58 Jacobi de Voragine vitæ sanctorum. In-fol.

Character gothicus. Paginarum bina est columna, et cum signaturâ *r iiii* terminatur; constat 272 foliis.

2 * Sti Ambrosii vita per S. Paulinum. De officiis libri tres. Vita Sanctæ Agnetis. Passio sanctorum Vitalis et Agricolæ. Passio sanctorum Gervasii et Protasii. De eorum corporum inventione. In-4°.

Terminatur cum signaturâ *m ij*. Folio sequenti ex eodem charactere incipit liber S. Ambrosii de obitu fratris sui Satyri sancti, cum libello de resurrectione et cruce domini et de bono mortis. *Feliciter explicit MLĩ. Impr. Uldricus Scinzenzeler* 1488, *die* 17 *Januarii.* Vide Saxium *catalog. libror. Mediol. editor. ad annum* 1488.

57 * Passio sive historia XI milium Vginũ. *Impressa Coloniæ.* In-4°. v. f.

Folio primo recto, post hunc titulum incisa apparet navis portum appetens. Ursulam ac socias palmâ martyrii a carnificibus donatas; et

folio verso incipit auctoris epistola, in quâ legitur hunc *se dicasse opus suum fratribus Præmonstratensis ordinis anno* 1183, *inspirante deo et piā ejus matre, quia illi fratres essent amatores undecim millium virginum ac veneratores.* Opus dividitur duas in partes : in primâ agitur de historiâ Sanctæ Ursulæ, et in secundâ de ejus passione.

Terminatur cum signat. *f iiij*, et cum figurâ Sanctæ Ursulæ ligno incisâ.

Uniuntur autem 1°. Passio sive historia X millium martyrum, ex tribus foliis, ejusdem characteris; et in fine legitur: *impressa Coloniæ supra antiquum forum.* 2°. Determinatio seu opinio Joh. Capet ordinis Min. super crucibus et aliis dominicæ passionis signis, modernis temporibus apparentibus in majori numero quam unquam fuerint; ex quatuor foliis.

De auctore et operâ vide Freytag *apparat. litter. Tom. primo, pag.* 204 *et sequentibus*, ubi præfatio hujus integra refertur, quæ verè singularis est ac ridicula.

29 * Le romant des trois pélérinaiges, le premier de l'homme durant qu'est en vie; le second de l'ame séparée du corps; le tiers est de notre Seigneur

Jesus en forme de monotesseron: par frere Guillaume de Guilleville en son vivant Moyne de Chaalis de l'Ordre de Cistaux: *ont ensemble à commun profit fait imprimer élégamment maistre Barthole et Jehan Petit.* In-4°. circa 1500.

In fine legitur:

Cy finist des Pelerinaiges
L'utile et notable romant,
En sentances et en langaiges
Tout gay, mignot et tout plaisant;
Et toutefois devotement
Traictant tout ce qu'est necessaire
A chacun pour son sauvement
Acquérir et pour à Dieu plaire.
A Dieu graces.
Clerevaux.

Hujus historiæ romanensis metricè scriptæ numerantur folia, quorum ultimum est 206.

Fuisset-ne Clarevallis impressum affirmare non auderem? de Guillelmo de Guilleville ejusque hac operâ, vide *catal. biblioth. Genev.* pag. 438.

Libri sub anno 1490.

1 Sancti Augustini sermones ad Heremitas. *Impress. Venetiis per Bernardin. Risum de Novaria anno dñi* 1490, *die* 10 *Augusti.* In-8°.

Folia arabicè numerantur 151; imperfectè refertur Maittaire Tom. 1°. pag. 517.

2 Philippi Beroaldi de felicitate opusculum. *Impressoriâ Caligulæ de Bazaleriis Bononiæ incude egregiis his caracteribus excussum anno salutis milles. quadring. nonages. quinto Calendis Aprilibus.* In-4°.

Terminatur cum signaturâ *e*.

3 Philippi Beroaldi de felicitate opusculum. *Impressoria Platonis de Benedictis incude egregiis his characteribus excussum anno salutis millesimo quadringentesimo nonages. quinto Calendis Aprilibus.* In-4°. m.

Terminatur cum signaturâ *D*, cùm igitur alterius editionis charactere totaliter discrepet.

Bina hæc editio die eâdem fuit Bononiæ impressa et eodem anno.

4 Bernardi a Breydenbach Decani ecclesiæ Moguntinæ peregrinationes in montem Sion et ad venerandum Christi sepulchrum in Jerusalem atque in montem Synai ad divam virginem et martyrem Chaterinam. In-fol. veau. cum fig.

In fine legitur : *per Petrum Drach civem Spirensem impressum anno salutis nostre* 1490, *die* 29 *Julii finit feliciter.* Editio secunda auctior *Moguntinâ.*

5 Dominico Cavalca da vico Pisano libro della patientia chiamato medicina di cuore. *Stampato in Firenze da Francesco Bonacorsi* 1490, *adi XII di Maggio.* In-4°.

6 Specchio di croce (da Cavalcha Pisano.) *Impr. in Firenze Francesco de Dino adi* 27 *di Marzo* 1490. In-4°. m. r.

7 Vite matrimonialis regula ad Jacob. de Borgiannis. In-4°.

In fine legitur : *impressum est hoc opus Flo-*

rentie ad honorem dei ejusqꝫ gloriose &c... die ultima septembris 1490.

Character Romanus. Terminatur cum signaturâ *k iiij*; sed incipit cum signat. *f j*, quia forsan compingebatur cum *regulâ vitæ spiritualis* ejusdem auctoris. Opus italicè scribitur.

8 Manuelis Crysoloræ erotemata græcè et latinè. *Impr. Vincentiæ per magistrum Leonardum de Basilea* M. CCCC. LXXXX. *die primo mensis Septembris*. In-4°.

Primum ſolium folio verso tantùm imprimitur, et exhibet orationem dominicam et salutationem angelicam. Columna una Græca est, et Latina altera; cum signaturâ *a* incipit et terminatur cum *f*.

9 Convivio di Dante Alighieri Fiorentino. *Impresso in Firenze per ser Francesco Bonaccorsi nel anno mille quatro cento novanta adi XX di Septembre*. In-4°. veau fauve.

Editio originalis. Vide Debure N°. 3339.

10 Epistolarum componendarum imita-

tiones puerorum ingeniis accomodatiſsimæ Lovanii, in gymnaſio Lilii editæ ac emendatæ a Carolo Viruli. *Paris* 1490. In-4°. veau fauve.

Terminatur cum ſignaturâ *m iij.*

11 Questa si e una utilissima operetta a caduno fidel cristiano chiamato fiore de virtu la quale tratta de Tutti li vicii humani, etc. In-4°.

In fine folio verso extat figura una ligno incisa exhibens Carthuſianum unum ſcribentem (videtur eſſe auctorem libri) in cujus parte ſuperiori legitur: *ſilentium et in inferiori D V̄ Nicolo*; et infra legitur ſubſcriptio ſequens: *Impreſſo in Venexia per Zan Ragazo da Pomale del* M. CCCC. LXXXX. *adi XXX Decembrio. Finis.*

Folio primo recto alia eſt figura ligno inciſa. Quinque editiones decimo quinto ſæculo recenſentur catalogo Crevenna *Tom. primo pag.* 176 ab hac diverſæ. In indice catalogi la Vallière liber tribuitur Tomaſo Leoni: aſſertionis motivum ignoro; figura videtur indicare Nicolaum Carthuſianum. Folia ſignantur, et litteræ majores ligno inciſæ ſunt.

12 Il libro chiamato fiore d'Italia. In-4°.

In fine legitur: *impresso ne lalma et inclita citade de Bologna per mi Ugo de Rugerii* 1490, *adi* 25 *de Octobre.* Character est gothicus.

13 Cantici e laudi di Jacobone da Todi. In-4°.

In fine legitur: *sono impresse queste laude per ser Francesco Bonaccorsi in Firenze adi ventiotto del mese di Septembre* 1490.

EDITIO PRINCEPS ET RARISSIMA. Videtur in hoc desiderare folium unum prologi.

14 Diogenes Laertius de vitâ et moribus philosophorum, ex versione Ambrosii Camaldulensis et cum epistolâ benedicti Brognoli. In-4°. veau fauve.

In fine legitur: *impressum fuit Venetiis impensis nobilis viri Octaviani Scoti civis Modoetiensis* 1490, *XV Kal. Januarii.*

15 Sermones Roberti de Licio de laudibus sanctorum. In-4°. m. r.

Volumen terminatur encomio horum Caraccioli sermonum, in cujus fine legitur: *impres-*

ſum Antuerpie per Gerardū Leeu anno domini M. CCCC. *XC Kalendis Martiis.*

Character gothicus.

16 La passion de notre Seigneur Jesus-Christ. *Imprimé en* 1490, *le* 16 *d'Août.* In-fol. cum fig. m. r. lettres bâtardes.

Editio hæc planè diversa est a duabus ejusdem anni quas refert Debure Nis. 3188 et 3189. Terminatur cum signaturâ *o iiij.*

17 Plinii secundi Epistolæ. *Romæ Silbert* 1490, *post diem* 14 *Calend. Aprilis.* In-4°. m. r.

Folio ultimo extant errata corrigenda, quod sequitur etiam registrum signaturarum; et operi præest *epiſtola Pomponii Læti.*

18 Joann. Joviani Pontani de principe et obedientia opus. In-4°.

In fine legitur: *finit feliciter impreſſum Neapoli per Maitham Moravum anno sal. domin.* M. CCCC. LXXXX. *die XXV Octobris.* Signatur ab *l* ad *m vj*, et deindè ab *a* ad *n iiij.*

EDITIO ORIGINALIS.

19 Joann. Joviani Pontani de principe et obedientiâ. *Moravus* 1490, *die* 25 *Octobris.* in membranis. In-4°. v.

Ex editione præcedenti ; sed subscriptio litteris aureis imprimitur, sicut titulus folii primi et omnium capitum cum principalibus litteris. Opus splendidum.

20 Joann. Joviani Pontani de fortitudine opus. In-4°.

In fine legitur : *finit feliciter impressum Neapoli per Mathiam Moravum atque emendatum accuratissimè* M. CCCC. LXXXX *XV Septembris.*

Præmittitur folium unum erratorum corrigendorum, ubi legitur :

Emptor si quid habet vitj hic libellus
Pontani modo promptus Minerva
Moravi et modo pressus officina
Nil magnum nihil est quod extimescas.
Peccat nescio quid leve ac pusillum
Quod peccat tamen hac tibi in tabella
Monstrat : ne redibendus esse possit
Neu fidem illius Uspiam requiras.

Hujus libri mendæ sunt. Signatur ab *a* ad *k iiij.* EDITIO ORIGINALIS, et vix nota.

21 Scriptum Sancti Thomæ Aquinatis super tertio libro magistri sententiarum. *Impressum Venetiis ingenio et impensa Hermanni Liechtenstein Coloniensis anno* 1490, *die* 26 *Aprilis*. In-fol. goth.

Libri

Libri sub anno 1491.

1 Sancti Ambrosii epistolæ et opuscula. *Impr. Mediolani Anton. Zarotus* 1491, *in Calendis Februarii.* In-fol.

Absque numeris et custodibus; sed cum signaturis. De eo vide Saxii *biblioth. Mediolan.* ad ann. 1491, et Denis *supplementum ad Maittaire* N°. 2446.

Præest folium unum indicis, et aliud præfationis Stephani Dulcinii.

2 Sermoni devotissimi (18) di messer sto Agostino traducti di Latino in lingua Fiorentina emendatissimi per huomini docti. *Impr. cum singulari diligentia p. Franc. di Dino da Firenze, adi V di Giugno* 1493. In-4°.

Soliloquii di Sancto Augustino vulgari. *Impress. in Firenze adi X di Novembre* M. LXXXXI (1491.) In-4°.

Primum a nemine, quod sciam, recensetur. Catalogus Capponi pag. 7, et Maittaire, et post ipsos Paiton *bibliotheca degli autori volgarisati*

Tom. primo pag. 13, referunt editionem unam Florentiæ apud Miscominum ejusdem anni. Nostra habet litteras principales, et terminatur cum signaturâ *g iij.*

Quoad secundum, Païton loco citato, pag. 28, post Orlandi illud refert; sed omisso uno denario numero et sic ad annum 1481. Maittaire et Denis editionem hanc ignorarunt.

3 Sancti Augustini opera varia, edente Severino Calcho, contra Academicos libri tres.

De vitâ beatâ liber I.
De ordine libri II.
Soliloquiorum libri II.
De immortalitate animæ I.
De grammaticâ I.
De rhetoricâ I.
De dialecticâ I.
De moribus ecclesiæ Catholicæ I.
De animæ quantitate I.
De libero arbitrio III.
Vita sancti Augustini ex ejus dictis I.
De magistro I.
De opere Monachorum I.

De bono perseverantiæ I.
De decem chordis I.
De communi vitâ Clericorum sermones II.
Speculum Christianæ perfectionis.
Vita Sancti Guarini.

Impressum Parmæ per Angelum Ugoletum civem Parmensem anno dom. 1491, *pridie Kal. Aprilis.* In-fol.

Absque numeris et custodibus, sed cum signaturis. Extabat apud Pinelli N°. 546.

4 Il monte sanctò di Dio composto da messer Antonio (*Bettini*) da Siena reverendissimo veschovo di fuligno della congregatione de Pòveri Jesuati. In-fol.

In fine legitur : *impresso nella inclita cipta di Fireze con somma diligentia per ser Lorenzo de Morgiani et Giovanni Thodesco da Maganza adi XX di Marzo* 1491.

Operi quatuor præeunt folia. Primum exhibet figuram montis ; tria verò altera prologum, indicem capitum et registrum ; et folio quinto ti-

tulus suprà relatus apparet. Folio quarto signaturæ *k*, alia occurit figura, et tertia folio primo verso signaturæ *m*. Nulla omninò est inter figuras discrepantia cum illis editionis *anni* 1477, nisi quod in hoc ultima æri, dùm in alterâ ligno incisæ fuerint.

Extabat apud Crevenna. Vide catalog. Tom. primum N°. 865. Deficit in hoc exemplari folium tredecimum quod exhibet capitula 16 et 17. Figura prima habet altitudinis sex pollices, cum sex lineis; latitudinis verò 4 pollices cum sex lineis. Secunda ejusdem altitudinis ac latitudinis sicut et tertia.

5 Biblia sacra Latina. In-8°.

In fine legitur :

Fontibus ex græcis, etc.............
.... *bene pressa manet.*

Explicita est biblia presens Basileæ summa lucubratione per Joann. Froben de Dammelburch anno nonagesimo primo supra millesimum quaterque centesimum, die verò vicesima septima Junii.

Character minutissimus est ac gothicus, cum signat. et litteris capitalibus auro et coloribus depictis. Prima hæc sunt biblia, ut arbitror, formæ in-8°.

Exemplar est singularis nitoris ac elegantiæ.

6 Matheus Bossus de veris ac salutaribus animi gaudiis. *Impr. Florentiæ Franciscus Bonaccursius* 1491, *sexto Idus Februarii.* In-4°.

Præmittitur epistola Angeli Politiani ad Laurentium Medicem.

7 Philippi Calandri ad Julianum Medicem de arithmeticâ opusculum. In-8°.

Titulus solus latinus est, reliqua scribuntur linguâ Toscanâ, et in fine legitur: *impresso nella excelsa cipta di Firenze per Lorenzo de Morgiani et Giovan. Thedesco da Maganza. Finito a di primo di Genaio* 1491.

Cum multis figuris ligno incisis. Præmittitur ea Pythagoræ arithmeticæ introductoris. Communiter inter eruditos creditur librum primum arithmeticæ fecisse Lucam ex Burgo Sansepulchri, *impress. Venetiis anno* 1494. Calander præcessit igitur hunc tribus annis.

8 La divina comedia di Dante Alighieri col commento di Christophoro Landino. *Impressi in Venesia per Bernar-*

dino Benali et Matheo da parma del M. CCCC. LXXXXI. *adi III di Marzo.* In-fol.

In subscriptione legitur : *petrum de Figino ex ordine minorum editionem hanc correxisse in multis locis, et supplevisse cosas multas quæ in editionibus præcedentibus deerant.* Apud Crevenna N°. 4551, refertur editio una hujus anni ab hac diversa, licèt utraque Veneta. In hac nostrâ post subscriptionem reperiuntur : *il credo del Dante l'oratione Dominica e la salutatione Angelica ;* et hæc habet figuras ligno incisas.

9 Libro devoto et utile composto da messer Giov. Gerson della imitatione di Xto Jesu. *Stampato in Firenze Miscomino* 1491, *adi* 22 *di Giugno.* In-4°.

Cum 4 foliis indicis.

10 Le propriétaire des choses translaté du Latin de Glainville par Fr. Jean. Corbichon et revu par Fr. Pierre Farget. *Lyon Hultz* 1491, *le* 25 *de Mars.* goth. In-fol. m. r.

Cum figuris ligno incisis. Notandum in sub-

scriptione per errorem dictum esse *librum hunc fuisse e latino versum jubente Carolo quinto anno* M. CCCC. LXXII. *a Fratre Corbichon*; sed legendum est *anno* 1372. De hac versione vide aliam editionem *anni* 1482.

11 Beati Gregorii Papæ omeliæ quadraginta de diversis Evangelii lectionibus. *Impress. Parisiis ad solem auratum vici Sorbonici operâ M. Georgii Wolf Badensis* 1491. In-4°.

Character elegans; et folia signantur. Huic annectuntur *pastoralia* ejusdem Sancti Gregorii ex editione *Ulrici Gering*, quæ terminantur cum signaturâ *i iiiij*.

12 Hortus sanitatis, de herbis, plantis, avibus, reptilibus, de urinis. *Impr. Maguntiæ per Jacob. de Meydenbach anno dom.* 1491, *die Jovis* 23 *mensis Junii*. In-fol. m. v. cum figuris miniatis.

Exemplar completum et conforme descriptioni *bibliogr. instr.* N°. 1554. Linnæus in suâ *biblioth. botanicâ* facit hujus auctorem Joannem Cuba medicum Francofurtensem.

13 Francisci de Mayronis ex ordine Minorum sermones ab Adventu cum quadragesimale usque ad quartam Feriam post Pascha. *Impr. Venetiis Bernardus de Novaria* 1491, *die* 20 *Januarii.* In-4°.

Folia signantur et numerantur.

14 Auctores VIII : nempe Catho, Facetus, Theodolus de comtemptu mundi, Floretum, Alanus de parabolis, fabulæ Æsopi et Thobias. In-4°. m. r.

In fine legitur : *Felix libellorum finis quos auctores vulgo appellant corrector. impressor. que Engolisme die XVII mensis Maii anno domini* M. CCCC. LXXXXI.

15 Platonis opera omnia ex versione Marsilii Ficini. *Impress. Venetiis Bernardin. de choris de Cremonâ et Simon. de Luero impensis Andree Torresani de Asula* 13 *Augusti* 1491. In-fol.

Character gothicus. Præmittuntur operi folia IV prohemii et vitæ Platonis, et in fine duo sunt folia indicis.

EDITIO PRINCEPS. Vide *bibliogr. instr.* N°. 1260.

16 Joan. Joviani Pontani dialogus qui Antonius inscribitur. In-4°.

In fine legitur: *finit feliciter impressus per Mathiam Moravum anno* M. CCCC. LXXXXI. *tima die Januarii.*

Eodem charactere usus est ac anno 1490, vide N°s. 18 et 20. Incipit signaturâ *f*, et desinit cum *n iiiij*. Hoc Pontani opus cum duobus modò suprà citatis constituunt editionem originalem ejus operum.

17 Libri Salomonis. *Impr. Paris Georg. Wolf* 1491, *die* 12 *Julii.* In-4°. m. r.

18 Tractatus de virtutibus herbarum. In-4°.

In fine legitur: *finiunt. Liber vocatur herbolarium de virtutibus herbarum. Impressum Vincentiæ per magist. Leonard. de Basileâ, et Guilielmum de Papia socios anno* 1491, *die* 27 *Octobris.*

Cum herbarum figuris ad naturam coloratis.

19 Mercurii Trismegisti liber de potestate et sapientiâ Dei per Marsilium Ficinum traductus. *Venetiis impressum per Maximum de Butricis Papiensem*

M. CCCC. LXXXXI *die XXIX Julii*. In-4°.

20 Le songe du Vergier qui parle de la disputation du clerc et du chevalier. *Impr. par Jacques Maillet l'an mil CCCC quatrevingt et onze le vingtieme jour de Mars*. In-fol. lettres bâtardes.

De libro et auctore vide Sénébier, *catal. manuscriptorum genevensium*, pag. 444, hujus auctores, Raoul de Presle.

21 Antonii Zeni libellus de naturâ humanâ. *Impressus* M. CCCC. *nonages. primo: Januarii primo per Dyonisium Berthocum Venetiis*. In-4°.

Libri sub anno 1492.

1 Ethica Aristotelisca Joan. Argiropilo interprete cum epistolâ Petri Marsi. *Impressum Romæ per Eucharium Silbert aliàs Franc. anno salutis* M. CCCC. XCII. *Kal. Septembris Alexandro Sexto Pontifice maximo.* In-fol.

2 Aviani liber qui dicitur compotus cum commento. *Impress. Lugd. per magist. Johan. Fabri Alamanum anno* 1492, *die vero* 13 *mensis Feb.* In-4°. m. r.

Cum figuris ligno incisis.

3 Hermolai Barbari castigationes Plinianæ ad Alexandum VI Pont. max. In-folio.

In fine legitur, hoc est, post signaturam *l*: *Impressit Eucharius Argenteus Germanus Romæ* M. CCCC. XCII. *octavo Kal. Decembris Alexandri Sexti Pont. max. principatûs statione primâ.*

Deindè nova pars succedit castigationum Hermolai cum unâ epistolâ ad Alexandrum VI *data Romæ Idibus Januarii anni* 1493, incipiens

novo et diverso charactere, et novo ordine signaturarum, in cujus fine legitur subscriptio relata *Biblioth. instr.* N°. 1475.

Quando igitur in hac ultimâ subscriptione dicitur *hanc esse secundam Plinianarum castigation. editiom̄*; arbitror debere intelligi de hac tantùm ultimâ parte.

4 S. Bernardus ad sororem de modo bene vivendi. *Impress. Venetiis Bernardin. Benalius* 1492, *die* 30 *Maij*. In-8°.

Vide la Vallière N°. 522. Editionem hanc ignorarunt Maittaire et Denis, qui refert unam hujus anni, sed innominatis loco et Typographo.

5 Cronica Bossiana Donati Bossii gestorumque dictorumque memorabilium, ab orbis initio usque ad ejus tempora. In-fol.

In fine legitur: *impressum fuit in inclyta civitate Mediolanensi per............ magistrum Anton. Zarotum Parmensem ad impensas Donati Bossii civis Mediolanensis* 1492, *Calendis Martiis.*

Præmittitur volumini arbor genealogica Vicecomitum Principum Mediolani descendentium ab Invorio. De insigni ejus raritate vide Debure N°. 4327.

6 Historia Fiorentina da Leonardo Aretino tradocta in vulgare da Donato Acciajoli libri XII. *Impresso in Firenze per Bartholomeo P. Fiorentino nell anno del* 1492, *adi V di Giugno.*

Historia di messer Poggio tradocta di Latino in volgare de Jacopo suo Figlivolo libri VIII. *Impresso in Firenze per Bartholomeo P. Fiorentino nel* 1492, *adi III di Septembre.* In-fol.

Editio secunda.

7 Canzonieri dicto il perleone del rustico Romano. *Impresso in la cita di Napoli per Ajolfo de Cantono da Milano adi X di Martio* 1492. In-4°.

Paginæ numerantur CCXLV, quibus adde folia duo Epistolæ auctoris. De hac rarissimâ operâ vide Debure N°. 3479, et catal. Pinelli Tom. IV N°. 1889.

8 Joh. Gerson de imitatione xti et contemptu omnium vanitatum mundi. Idem de meditatione cordis. In-8°.

In fine legitur: *completum est hoc opusculum*

anno dñi millesi quadring. nonagesimo secundo, vicesima prima die mensis Augusti.

Character gothicus. Terminatur cum signaturâ *m.* In catalog. de Bose appellatur editio princeps; quâ ratione non video.

9 Petri Hædi Anteros de amoris generibus. *Tarvisii Gerard de Flandria* 1492, *die* 13 *Octobris.* In-4°.

Folia numerantur. Caret numeris, signaturis, et custodibus. Vide Debure N°. 3744.

10 Bernardi Justiniani orationes.

Ejusdem Epistolæ.

Ejusdem Traductio in Isocratis libellum ad Nicoclem.

Leonardi Justiniani epistolæ. *Impressum Venetiis per Bernardin. Benalium.* In-folio.

Terminatur cum signaturâ *l iiij.*

Bernardi Justiniani de origine urbis Venetiarum rebusque ejus ab ipsa ad quadringentesimum usque annum gestis historia. *Venetiis pridie Calendas Februarii* M. CCCC. LXXXXII. In-fol.

11 Formulario de epistole vulgare missive et responsive et altri Fiori de ornati Parlamenti composto per Christophoro Landino. *Impress. in Roma adi XXII d'Octobre nel anno* 1492, *sedente Alexandro* VI°. *Pont. max. anno ejus primo A. F.* In-4°.

Character Eucharii Silbert aliàs Franck.

12 Meditatione sopra la passione del nostro signore cavate da sto Bernardo, Nicolo de Lira, etc. In-4°. cum figuris ligno incisis.

In fine legitur: *In Venetia per Matheo da Parma ad instantia de maestro Lucantonio de Zonta* 1492, *adi XXI di Febraio*, et terminatur opus unâ figurâ, ubi extat auctor monachus scribens, cum his verbis: *silentium D* v̄ *Nicolo.*

13 Novum beate Marie Virgı̄s psalterium de dulcissimis nove legis mirabilibus divini amoris refertis, etc. In-4°. m. verd.

Talis est titulus in parte superiori primi folii, cujus pagina prima exhibet virginem cum filio suo, in cujus pedibus circumsunt adoratores cum

propriis insignibus, inter quos Fridericus IV Imperator cum ejus filio Maximiliano, et Abbas monasterii Tzennæ in Saxoniâ, omnes rosaria in manibus suis gestientes. In paginâ verò versâ videtur imperator cum filio Maximiliano, flexis genibus, cum ense districto ante imaginem Virginis.

Cum folio secundo incipit prologus auctoris, cujus pagina prima floribus elegantur ligno incisis decoratur. In hoc autem inter alia legitur auctorem fuisse *Hermannum Nitzschwitz Friderici Capellanum qui huic librum obtulit anno* 1489; *deindè fuisse impressum anno* 1492, *jussu et expensis imperatoris et regis Romanorum in Tzernnæ monasterio ordinis Cistèrciensis sub abbate Nicolao non sine sumptu.*

In duas partes propriè dividitur, quarum prima, absque figuris, (excepto folio primo) habet 26 folia. Hæc autem continet elogium b. v. Mariæ et Imperatoris Friderici (quem semper tertium appellat,) ita tamen ut devotus adulator crescat potiùs in laudibus austriacæ domûs, quàm matris Jesu salvatoris; sic dicit: *propterea nunc surgit rex noster optimus, rex maximus, Cæsar novus, Maximilianus maximus quem deus dedit ut esset error et terror injustis, dedit ipsi Hungariæ et Franciæ et Gallobelgiæ, Lombardiæ et omnium*

omnium Christianorum regna. Ipsi servient populi, eum adorent tribus quem dominus fecit dominum fratrum suorum ut incurventur ante eum filii matris ecclesiæ, etc.

Deindè auctor sui operis commendationem suscipiens, jam cum illo Sancti Bonaventuræ assimilatur, et ait : *hoc psalterium novum Virginis, mentem vivificat, conscientiam purgat, oculos illuminat, mentem exhilarat, tentationem mitigat, devotionem auget, veniam dat, dæmones fugat, Deum placat, animas liberat, Angelos hominibus sociat, celestis Curiæ gaudia præstat et mentem in adversis vivificat.*

Pars verò secunda *psalterium* continet et habet 90 folia, quorum omnes ferè paginæ historiam virginis Mariæ, ejusque filii in figuris ligno satis eleganter incisis repræsentant, ita ut semper ad lævam et dexteram respiciantur Fredericus et Maximilianus tanquam admiratores et adoratores. Terminatur volumen registro quaternionum pro imaginum dispositione. Signatur ab *a* ad *l iij*; et character est gothicus.

Opus illud verè egregium, nec huc usque cognitum. Varietate ac quantitate figurarum verè regium meretur appellari : mirum ergò non est illud factum fuisse sumptibus imperatoris et herois fabulosi de *Tewerdanch*, ampliorem mere-

retur descriptionem, quæ non est præsentis instituti.

Ab Alano de Rupe, vergente ad finem quinto decimo sæculo, originem sumpserat confraternitas Rosarii, testibus Valerio Andræâ et Quetif ac Echard: ab hac autem per totam Europam fluxere libri piæ hujus inventionis. Sic primus in Sueciâ liber impressus habet: *alanus de Rupe sponsus novellus. beatissimæ virginis Mariæ de immensa et ineffabili dignitate et utilitate Psalterii virg. Mariæ anno dñi* 1483, *impress. in xtianissimo regno Sueciæ.* In-4°. Et Parisiis Simon Vostre circa idem tempus *psalterium B. M. virginis a sto Bonaventurâ, cum figuris historicis veteris ac novi testamenti* impressit in-8°.

14 Ugo Pentiera de l'ordine de minori, trattato (de virtutibus.) *Impr. in Firenze* 1492, *adi XV di Decembre per ser Lorenzo Morgiani*, etc. In-4°.

Vide Crevenna catalogum, *Tomo primo*, N°. 811.

15 Francisci Petrarchæ opus de remediis utriusque fortunæ ad Azonem. In-fol.

In fine legitur: *opus Nicolai Lugari industria*

solerti nitidissimū Bernardini de Misintis de Papia ac Cæsaris Parmensis sociorum diligenti opera impress. Cremonæ anno 1492, die 17 Novembris.

Folia non numerantur, sed habent signaturas et custodes.

16 Francisci Petrarchæ epistolarum familiarum libri VIII. In-4°.

In fine legitur : *impress. in urbe Venetiarum operi per Joh. et Gregorium de Gregoriis fratres foelix imponitur. Castigatum est autem a Sebastiano Manilio Romano civi anno* 1492, *Idibus 7bris.*

17 Opera dicta Philomena ne la qual se tracta primo de Uberto et Philomena e poi de esso Uberto et alba figlia del duca di Bergogna. In-4°.

In fine legitur : *finis in Venetia per Thomaso di Piasis* 1492, *die XI de Setembrio.*

Poema est amorosum ac fabulosum, cujus etiam extabat apud Pinelli N°. 2044 altera editio decimi sexti seculi, sed absque loco et anno, In-4°.

18 Plotini opera, ex versione Marsilii Ficini. *Impr. Florentiæ Anton. Misco-*

minus 1492, *Nonis Maij*. In-fol. Tomi duo. m. r.

Exemplar elegantiſſimum editionis originalis. Vide *Bibliogr. instr.* N°. 1268.

19 Raphaelis Regii ducenta problemata in totidem institutionis Quintilianæ depravationes.

Ejusdem Questio utrum ars rhetorica ad Herennium falsò adscribatur Ciceroni.

Idem de laudibus eloquentiæ. *Impr. Venetiis* 1492, *die* 25 *Septembris*. In-4°. m. r.

20 Bonifacii Symonetæ doctoris ac monasterii cornu Abbatis in persecutionem Christianorum historia, Pontificumque commentarios. In-fol.

In fine legitur : *hoc opus impressum fuit in inclyta civitate Mediolani per solertissimum artis impressoriæ magistrum Anton. Zarotum Parmensem anno salutis christianæ* M. CCCC. LXXXXII. *in mense Januarii.*

Præmittitur præfatio Stephani Dulcii Canonici Scalæ quæ primum folium occupat; et post subscriptionem aliud etiam folium exhibet *carmina Joan. Biffi in laudem Bonifacii Simonetæ.*

Editio originalis et curiosa.

21 Le livre de bien vivre. *Paris* 15 X^bre. 1492, *Pour Antoine Vérard.*

L'éguillon de crainte divine pour bien mourir, ou traité des peines d'Enfer et de Purgatoire. *Paris par Gillet Cousteau et Jean Ménard pour Anto. Vérard* 1492, *le* 18 *Juillet.*

Traité de l'avénement de l'Antechrist et des 15 signes précédens le jugement, et des joyes du Paradis. *Paris pour Ant. Vérard le* 28 *Octobre* 1492.

Tria hæc in uno volumine continentur; cum figuris ligno incisis. Deest media pars figuræ folii et signat. *f j* operis secundi.

7 * Francisci Gafuri Laudensis de musicis et effectibus atque commendatione musice disciplina ad Mariam Sphor-

tiam Vicecomitem. *Impreſs. Mediolani per mag. Philipp. Mantegatium dictum Caſſanum opera et impenſa magiſtri Joan. Petri de Lomatio anno ſal.* 1492, *die* 15 *Decembris.* In-fol.

Cum multis figuris. Hoc opus idem eſt ac editio anni 1480.

Libri sub anno 1493.

1 Sancti Bonaventuræ stimulus divini amoris. *Parisiis impressus impensisque Georgii Mitelhus anno milles.* 493, *mensis Aprilis die IIII.* In-8°. m. r. Goth.

2 Libro molto devoto e spirituale de fructi della lingua composto da frate domenico Cavalcha da vico Pisano del ordine de Predicatori. In-fol.

In fine legitur: *impresso in Firenze appresso a sancta Maria maggiore per ser Lorenzo Morgiani et Giov. di Piero Tedesco da Maganza adi quatro di Septembre* 1493.

Subscriptionem hanc sequitur aliud registri folium, operi verò præesse debent duo folia, quorum primum exhibet eamdem omninò figuram, sed ligno incisam, ac ea quæ ordine est secunda in *monte sancto di dio Antonii Bettini*: secundum verò indicem capitum. Litteræ principales ligno incisæ sunt. Numeri, custodes desiderantur, sed folia ſignantur.

3 Claudii Claudiani poemata ex editione Thadæi Ugoleti qui editionem hanc

auxit, ut constat ex litterâ quam operi præfixit. In-4°.

In fine legitur : *opera Claudiani diligenter emendata per thadæum Ugoletum Parmensem, impressa autem per Angelum ejus fratrem Parmæ anno dom.* M. CCCC. LXXXXIII. *nono Kal. Maias.*

Editio secunda hujus auctoris. De meritis litterariis et Typographicis Ugoleti apud Math. Corvinum Hungarorum regem vide *dissertat. Patris Affo bibliothecarii Ducis Parmensium.*

4 Urcei Codri silva carminum ad Joan. Bentivolium secundum, de armorum ostentatione cum Prætorio vexillo donatus fuisset. *Bononiæ* M. CCCC LXXXXIII. *luce Aprilis XVIII hæc cudit impressione Plato.* In-4°. ex 4 fol.

5 Petri de Crescentiis civis Bononiensis ruralium commodorum cum figuris libri XII (1493.) In-fol.

Compingitur cum libello dante regulas legendi abbreviaturas juris : *impr. Argentinæ* 1493, *secunda feria post Margarith.* In-fol.

6 Le doctrinal de sapience très utile à toute personne pour le salut de son ame. *Imprimé à Geneve l'an de grace* M. CCCC. LXXXXIII. *le VIII jour de Novembre.* In-fol.

Est una versio operis Guidonis de monte Rocherii Archiepiscopi Senonensis.

7 Oratorum omnium poetarum historicorum ac philosophorum eleganter dicta per Albertum de Eiib in unum collecta. In-fol. veau fauve.

In fine legitur : *quæ Margarita poetica dicitur fœliciter finem adepta est* M. CCCC. LXXXXIII. *Kal. Januarii.*

8 Marsilius Ficinus de sole et lumine cum ejus apologiâ. *Impressit ex Archetypo Antonius Mischominus Florentiæ anno* 1493, *pridie Kal. Februar.* In-4°.

Terminatur cum signaturâ *e*.

9 Gerardi de Zutphaniâ tractatulus de reformatione virium animæ et de lapsu hominis a statu rectitudinis. *Impr.*

(*Paris*) *anno dom.* 1493. In-12. m. r. goth.

10 Herodiani histor. libri VIII interprete Angelo Politiano. *Bononiæ* 1493, *pridie Kal.* 7bris. *per Platonem de Benedictis.* In-fol. m. r.

Vide Debure N°. 4940.

11 Josepho Ebreo historia della guerra hebbono i Giudei co Romani libri VII. *Impresso in Firenze per Bartholomeo p. adi VI di Luglio* 1493. In-fol.

Operi præest epistola in laudem Josephi historici; vide Debure N°. 4701. Editio elegans et prima hujus versionis.

12 Le deche di Tito Livio con uno certo trattato de bello Punico. (Leonard. Aretini.) In-f. cum figuris ligno incisis.

In fine legitur: *stampate nella inclita citta di Veneta per Zovane Vercellese ad instancia del nobile ser Luca Anton. Zonta Fiorentino nel anno* 1493, *adi XI di Febraio.*

Subscriptio hæc legitur in fine post illum trac-

tatum de *bello Punico*, qui est Leonardi Aretini.

13 Michaelis Savonarolæ ad dom. Borſium Estenſem opus de Balneis et termis naturalibus omnibus Ytaliæ sicque totius orbis. *Impreſſus Bononiæ, impenſa benedicti Hectoris anno* 1493, *tertio Idus Maias*. In-fol.

14 Fratris Bartholomæi Sybille Monopolitani ord. Prædicator. speculum peregrinarum questionum ad Alphonſum de Arragoniâ Calabriæ Ducem. In-4°.

In fine legitur: *impreſſum Romæ per Eucharium Silbert alias Franck natione Alemanum anno sal.* 1493, *die* 27 *Auguſti.*

Ante subſcriptionem notantur errata in volumine corrigenda, et folio ſequenti est regiſtrum quaternionum: folia enim non ſignantur, ſed numerantur more Romano.

15 Jacobus Vimphelingius de triplici candore Mariæ ad Bertholdum Hennenberger Archiepiſcopum Moguntinum poema cum ejus epiſtolâ dicatoriâ

datâ ex spirâ Kal. Maij 1493. In-4°.

Character gothicus. Terminatur cum signaturâ *E iiij*, et cum folio erratorum corrigendorum.

6 * Mathæi Bossi recuperationes Fesulanæ quæ primam partem epistolarum ipsius constituunt. *Impr. Plato de Benedictis Bononiensis in civitate Bononiæ* 1493, *decimo tertio Kallend. Augustas.* In-fol.

Editio originalis.

6 ** Mathæi Bossi epistol. familiarium pars secunda. *Mantuæ* 1498, 5 *Idus Novembris per Vincent. Berthocum.* In-fol.

Cum registro et errorum emendandorum tam in diphtongis et punctionibus, quàm in levioribus causis.

6 *** Mathæi Bossi Veronensis epistolarum pars tertia. *Impress. Venetiis per Bernardinum Venetum de vitalibus. anno* 1502, *die XIII mensis Augusti.* In-4°.

Editio originalis.

Tria hæc volumina constituunt collectionem *Epiſtolar. Mathæi Boſſi* ex editione originali, cujus editio est elegantiſſima ac rariſſima sic adunata.

Libri sub anno 1494.

1 Joannis Angeli Astrolabium planum in tabulis ascendens: continens qualibet hora atque minuto equationes domorum celestium moram nati in utero matris cum quodam tractatu navititatum utili ac ornato necnon horas inequales pro quolibet climate mundi. In-4°. cum fig. Goth.

In fine legitur: *opus Astrolabii plani in tabulis a Joh. Angeli a novo elaboratum explicit feliciter impressum Venetiis per Emericum de Spira Alemanum anno sal. milles. quadring. nonages. quarto quinto Idus Junii.* Folio primo extat lilium Lucæ Ant. Juntæ, ex quo inferrem Emericum ejus expensis hunc librum excudisse.

2 Appianus Alexandrin. de bellis civilibus Romanor. *Impr. in Scandiano* (1495.) *et Regii* 1494. In-fol.

In fine primæ partis legitur: *diligentis ac ingeniosi calcographi peregrini Pasquali exactissima: tum opera: tum cura hæc Candidi ex Appiano historico et sophista traductio Scandiani Camillo*

Bojardo comite impreſſa eſt anno a natali Chriſtiano M. CCCC. LCXV (1495) *IIII Idus Januarii.*

Singularis hæc ſubſcriptio multos induxit ſcriptores in errorem circa introduct. Typograph. apud ſcandianum. In fine verò 2^{æ}. partis legitur: *impr. Regii per Franciſc. de Mazalibus* 1494, *die* 22 *Octobris.*

Character utriuſque idem, ſed paginarum juſtificatio et regiſtra diverſa.

3 Auſonii Peonii poetæ diſertiſſimi epigrammata cum epiſtolâ Julii Æmilii Ferrarii Novarienſis. *Venetiis impreſſa per magiſtrum Joan. de Cereto alias Tacuinum de Tridino ann. dom.* 1494, *die* 11^{a}. *Auguſti.* In-fol. veau fauve.

Editio ſecunda.

4 Boccace des nobles malheureux tranſlaté en François par Laurent du Premierfait, et *impr. par Verard à Paris* 1494, *le* 4 *Novembre.* In-fol. m. r. cum figuris ligno inciſis.

Folia ſunt numerata 300, more Romano. Vide la Vallière N°. 5605.

5 Sti Bonaventuræ dialogus in quo ani-

ma devota interrogat et homo mentaliter respondet. *Impr. Paris Guido Mercator* 1494, *die* 16 *Augusti.* In-8°.

Ejusdem stimulus divini amoris. *Impress. Parisius expensis Dyonisii Rosse.* In-8°. goth.

Terminatur cum signaturâ *n ij.*

Nicolai de Lyra libellus de decem preceptis primis. *Impressit Petrus Ledru pro Antonio Baqueleri cive Gratianopolitano anno* 1495, *Augusti XI.* In-8°.

6 Bononia illustrata a Joanne Bentivolo secundo senatus Bononiensis principe. Auctore Nicolao Burtio Parmensi. In-4°.

In fine legitur: *Bononiæ anno salutis* 1494, *ex officina Platonis de Benedictis*, etc. Opus est prosaicum, sed in fine nonnulla variorum extant carmina.

7 Caij Julii Cæsaris commentaria cum indice Raimundi Marliani. *Impressum Venetiis per Philippum de Pinciis* 1494, *die verò* 25 *Octobris.* In-fol. m. r.

8 Il nobile tractato de la patientia compilato dal compositore spechio di croce (Cavalcha da vico Pisano.) *Impressa in Venexia per Christophoro de Pensis de Mandello anno* 1494, *adi* 25 *de Zugno.* In-4°.

9 Joan. Ferrariensis ordinis Minorum opera, scilicet:

De celesti vitâ libri IV.
De naturâ animæ rationalis.
De immortalitate animæ.
De inferno et cruciatu animæ.
De Paradyso et felicitate animæ.

Impr. per Math. Capcasam Parmensem anno 1494, *die* 19 *Decembris regnante Augustino Barbadico duce Venetiarum.* In-fol. veau fauve.

Ex editione Antonii de Cauchério Medico.

10 Resolutorium dubiorum circa celebrationem missæ D. Joan. de Lapide. *Impr. Argentinæ Martinus Flach* 1494. In-4°.

11 Jo. Lascaris anthologia Græca litteris

Capitalibus. *Impreſs. Florentiæ per Laurentium Franciſci de Alopa Venetum III Idus Auguſti* 1494. In-4°. m. r.

Exemplar completum ac integerrimum editionis originalis. Vide Debure N°. 2488.

12 Libro del mæſtro e del diſcipolo (*da Honorio Auguſtodun.*) *Impreſs. Venetiis per Georg. de Ruſconibus* 1501, *die* 14 *Septembris.*

Sub nomine *il lucidario* alia est editio Florentina antiquior.

Le devote meditatione ſopra la paſſione di Jeſu chriſto cavate originalmente da Sancto Bonavèntura Nicolao de Lira e altri doctori. *Impreſſæ in Venetia per Mathæo di Codeca da Parma* 1494, *adi XI de Otubrio.* In-4°. cum figuris ligno inciſis.

13 Luciani opera varia in Latinum tranſlata edente Benedicto Miniatore. *Impr. Venetiis per Simonem Bevilaquam anno dn̄i* 1494, *die* 25 *Auguſti.* In-4°.

Extat in fine folium unum erratorum corri-

gendorum; et operi præmittitur index operum contentorum in volumine.

14 Michaelis de Ungariâ sermones predicabiles per totum annum licet breves. *Impressum Argentine anno dñi* 1494. In-4°.

15 Missale secundùm usum ecclesiæ Romanæ. *Venetius Emericus de Spirâ* 1494, *Idibus Augusti*. In-4°.

Cantus Romanus imprimitur; folia signantur, more Romano numerantur, et extant verba *animas ligandi atque solvendi*. Litteræ principales ligno incisæ sunt.

16 L'Ordinaire des Chrétiens en 5 parties. *Paris pour Ant. Vérard* 1494. In-fol. lettres bâtardes.

Terminatur cûm signaturâ *y iiij*; et absque ſiguris.

17 Joannis Reuchlin Phorcensis capnion vel de verbo mirifico libri tres. In-fol. m. r.

Editio originalis.

In fine legitur : *Joanis Reuchlin Phorcensis capnion vel de verbo mirifico liber tertius finit foeliciter.* Præmisit epistolam Conradus Leontorius Jacobo Winphelingio in laudem Reuchlini, *datam Spiræ XI Kal. Maji anni* 1494 ; et folio primo recto legitur pennâ scriptum : *D. Jacobo Vimphelingo Slestatiensi Conrad. Leoniceni donum* 1494.

18 Senecæ epistolæ. *Impress. Parisius pro Claudio Jammar Librario commorante in vico Sancti Jacobi* 1494, *die* 27ª. *Martii.* In-4°. m. r.

Adduntur ex eâdem editione alia opuscula Senecæ.

19 Opus perutile sermon. quadragesimalium thesaurus novus nuncupatum. *Impr. Argentinæ* 1494. In-fol. goth.

Auctor horum sermonum est Petrus de Palude ex ordine Prædicatorum ; et Typographus esse videtur Martinus Flack.

20 Joan. Trithemii liber de scriptoribus ecclesiasticis. *Basileæ Jo. Amerbach* 1494. In-fol.

EDITIO ORIGINALIS.

21 La vie des Peres. *Imprimée à Paris en l'an mil quatre cent quatrevingt et quatorze au mois de Juing.* In-fol. lettres bâtardes.

In fine legitur : *imprimé le huitiesme jour de Juin en l'an mil quatre cẽs quatre vĩgtz et quatorze par Jehan Dupré*, etc. Habet figuras ligno incisas ; ex 211 foliis numeratis.

Libri sub anno 1495.

1 Aristotelis opera omnia græcè, unà cum Theophrasti historiâ plantarum, græcè. *Venetiis Aldus ab anno* 1495 *ad* 1498. In-fol. Tomi VI. m. r.

EDITIO PRINCEPS, et exemplar elegans. Descriptionem amplam hujus suppeditat David Clément Tom. II, pag. 91, et la Vallière N°. 1218.

2 Meditationi sopra la passione del signore chiavate da Sto Bonaventura et de Lira. In-4°.

Ex charactere Morgiani: ex 42 foliis; cum figuris ligno incisis.

Sermoni volgarizati di Sto Bernardo. *In Firenze Lorenzo Morgiani et Giov. di Magonza adi* 27 *di Gennaio* 1495. In-4°.

De libro hoc et ejus traductore vide Argelati *Biblioth. degli volgarizati Tom.* 1°. *pag.* 136.

3 Matheus Bossus de instituendo sa-

pientiâ animo. *Impr. Bononiæ per Platonem de Benedictis anno milles. quadring. nonages. quinto. tertio Idus Novembris.* In-4°.

4 De origine et conservatione bonorum regum et laude civitatis Hierosolimæ, cum exhortatione ejusdem recuperandæ. Sebastianus Brant. *Opera et impensa Joh. Bergman de Olpe anno* 1495, *Kal. Martiis.* In-4°. m. r.

Unitur sequentibus.

Epistola Bohemica Pii Papæ II. *Impress. Venetiis* 1503, *die* 16 *Decembris.*

Epistola Poggii Florentini ad leonard. Aretinum de morte Hieronimi Hus Bohemi.

Ex 4 plagulis.

5 Leonardi Aretini epistolar. familiarium libri VIII. In-fol.

In fine legitur : *Leonardi Aretini epistolar. familiarium liber octavus et ultimus finit die XV mensis Junii* 1495; et sequitur epistola Antonii

Moreti Brixienſis et Hieronimi Alexandrini ad Jacob Zenum Epiſcop. Patavinum.

De hac editione vide quæ dixit Mehus in *vitâ Leonardi Bruni*, quam novæ harumce epiſtolarum editioni Florentinæ *anni* 1741 præmiſit.

6 Joann. Antonii Campani Epiſcopi Interamnenſis opera. In-fol.

In fine legitur : *characteribus Venetis impreſſum Romæ per Eucharium Silbert alias Franck unius ipſius Michaelis Ferni Mediolanenſis cura correctione et impenſa anno chriſtianæ ſalutis* M. CCCC. XCV. *pridie Kldas Novembris.*

Subſcriptionem hanc ſequuntur duo folia erratorum corrigendorum, quæ propter eorum quantitatem his incipiunt verbis : *vis ex ſtulto demens idemque ex demente inſanus fieri, libros primus Romæ imprime.*

Folio primo exhibetur figura Campanæ.

Editio originalis. In catalogo tamen abbatis de Roſſi, cujus libri nunc adunantur Romæ in *Bibliothecâ Corſinianâ*, tres appellantur editiones hujus anni ; *Romana*, *Veneta* et *Mediolanenſis*.

7 Piero Creſcentio de Agricultura. *Impr.*

Venetiis die ultimo mensis Maij anno 1495. In-4°.

Editio tertia Italiana.

8 Marsilii Ficini epistolarum familiarium lib. XII. *Venetiis Math. Capcasa Parmensis* 1495, *vigilia divi Gregorii.*

EDITIO ORIGINALIS. Vid. Debure N°. 4139.

9 Compendio di revelatione dello inutile servo di Jesu christo frate Hieronimo de Ferrara. In-4°.

In fine habet: *impsso ĩ Firenze ꝑ ser Frãcescho Buonaccorsi nel* M. CCCC. LXXXXV. *adi XVIII di Agosto.*

EDITIO ORIGINALIS.

10 Tractato della humilita composto per Frate Hieronimo da Ferrara.

Ex 10 foliis.

Expositione di frate Hieronimo da Ferrara sopra il psalmo *miserere mei deus* quando era in prigione del mese di maggio 1498, tradocta di Latino in Volgare.

Terminatur cum signaturâ *b iiii.*

La expositione del *pater noster* composta in Latino per frate Girolamo da Ferrara.

Clauditur cum signaturâ *c* 4.

Operetta del amore di Jesu composta da frate Hieronimo da Ferrara.

Desinit cum *c* 3.

Operetta molto divota composta da frate Hieronimo da Ferrara sopra dieci comandamenti di dio diricta alla madonna o vero badessa del monasterio delle Murate di Firenze. *Impresso ĩ Firenze adi XXiiii d'Octobre* 1495.

Libro della vita viduale composto da frate Hieronymo da Ferrara.

Desinit cum *c* 3.

Tractato o vero sermone della oratione composto da frate Hieronimo da Ferrara.

Clauditur cum *b* 3.

Tractato del sacramento e de mysterii

della messa composto da frate Hieronimo da Ferrara.

Ex quatuor plagulis.

Operetta di frate Girolamo da Ferrara della oratione mentale.

Finit cum *b* 2.

Predica di frate Hieronimo da Ferrara della renovatione della chiesa facta in Sanctâ Mariâ del Fiore in Firenze adi XIII di Gennaio 1494.

Clauditur cum *b ij*.

Expositione di frate Hieronimo da Ferrara sopra el psalmo *in te domine speravi*.

Desinit cum *b ij*.

Expositione sopra el psalmo *verba mea auribus percipe*.

Sub signaturâ *a iiij*.

Tractato contra li astrologi scritto lo anno 1497.

Desinit cum *d* v. In hoc ultimo duo folia desiderantur.

11 Trattato di frate Hieronimo da Ferrara contra la astrologia divinatoria.

Terminatur cum signaturâ *d iiiij*. Editio eadem ac præcedens sub N°. 10, hujusce anni 1495.

Dialogo di mæstro domenico Benivieni Canonico di Sancto Lorenzo, della verita della doctrina da frate Hieronimo da Ferrara.

Desinit cum Signaturâ *b* 2.

Tractato di frate Hieronimo da Ferrara circa el reggimento e governo della citta di Firenze composto al tempo di Giuliano Salviati Gonfaloniere di Justicia.

Desinit cum *d ij*.

Tractato di domenico Benevieni prete Fiorentino in defensione et probatione della doctrina et prophetie predicate da frate Hieronimo da Ferrara nella citta di Firenze. *Impresso in Firenze per ser Francesco Bonacorsi adi XXVIII di Maggio* 1496. In-4°. m. r.

Opuscula hæc Hieronimi Savonarolæ ejusque a Benivieni defensiones rariora sunt.

12 T. Lucretius de rerum naturâ. *Venetiis per Theodorum de Ragazonibus de Asula dictum Bresanum anno dom̃ 1495, die IV Septembris.* In-4°.

Prima Veronæ prodiit editio anno 1486; et hæc est secunda.

13 Martialis epigrammata cum comment. Domitii Calderini. *Impressum Venetiis Calendis Augusti* 1495. In-fol.

14 Theocriti eglogæ XXX.

Genus Theocriti et de inventione Bucolicorum.

Catonis Romani sententiæ parænitica distichi.

Sententiæ septem Sapientum.

De invidiâ.

Theognidis sententiæ elegiacæ.

Sententiæ monostichi per capita ex poetis variis.

Aurea carmina Pithagoræ.

Phocylidis poema admonitorium.

Carmina Sybillæ Erithreæ de Christo.
Differentia vocis.
Hesiodi Theogonia.
Ejusdem scutum Herculis.
Ejusdem libri duo Georgicorum. In-fol. Græcè, in chartâ maximâ.

In fine legitur : *Venetiis characteribus ac studio Aldi Manucii Romani cum gratiâ*, etc. *Anno* M. CCCC. XCV. *mense Februario.*

De hac editione principe et rarissimâ vide Debure N°. 2480, et *serie degli editioni Aldine pag.* 10. Exemplar elegans ac completum.

15 Theodori introductivæ grammatices libri IV.
Ejusdem de mensibus opusculum sane quam pulchrum.
Apollonii grammatici de constructione libri IV.
Herodianus de numeris. In-fol. Græcè.

Talis est titulus ; in fine verò legitur : *impressum Venetiis in ædibus Aldi Romani octavo Calendas Januarias* M. CCCC. LXXXXV. *concessum est eidem Aldò ab illustrissimo Senatu*

Veneto ne cui hunc librum liceat imprimere sub pœnâ ut in gratiâ.

Hinc principium privilegiorum pro librariis. Præmittitur operi epistola Aldi ad lectorem, et ante relatam subscriptionem extat registrum quaternionum secundùm signaturarum ordinem. In hac etiam editione capitales *florentes*, ut aiunt, adhibuit Aldus, non verò numeros nec custodes, neque titulos in parte superiori. Constat foliis 198, editio rarissima. Vide Debure N°. 2222.

16 Antonii Vinciguerræ chronici. Liber utrum deceat sapientem ducere uxorem an in cælibatu vivere. *Impressum Bononiæ per Platonem de Benedictis Bononiensis anno sal.* 1495, *nono Kal. Jan.*

Opus metricum.

1 * Trialogus beati Antonii Archiepiscopi Florentini super evangelio de duobus discipulis euntibus in Emaus.

Trialogus de contemptu mundi fratris Baptistæ de Finaria Episcopi Vintimellensis ordinis Prædicatorum.

Epistola de tribus essentialibus votis religionis, et tractatus de veris et falsis virtutibus fratris Humberti Generalis ordinis Prædicatorum. *Impressi Venetiis per Joannem Emericum de Spirâ; anno incarnat.* 1495, *VI Kal. Maij.* In-8°.

Emericus de Spirâ imprimebat expensis Lucæ Ant. de Giuntâ; quia folium primum exhibet lilium hujus ultimi. Character gothicus.

Libri

Libri sub anno 1496.

1 Fausti Andrelini Poemata multa quorum ultimum de Neapolitanâ et Fornoviensi victoriâ ad Carolum VIII, lib. duo. *Impr. Paris Guido Mercator et Joan. Parvus* 1496. In-4°. m. verd.

Hæc insunt: 1°. Elegiæ. 2°. Livia seu amores. 3°. De victoriâ Neapolitanâ. 4°. De virtutibus moralibus et intellectualibus. 5°. De influentiâ siderum et querelâ pavimenti Parisiensis.... *Apud Baligaut*, etc.

2 Antonini confessionale (*curam illius habe*) in vulgari linguâ. *In Firenze per ser Lorenzo de Morgiani et Joanni di Piero di Maganza oggi questo di XXiij di Maggio* 1493. In-4°.

Cum signaturis et majusculis. In eodem volumine insunt:

Confessionale Antonini (*omnis mortalium cura*) in vulgari. *Impr. in Firenze* 1507;

Ejusdem aliud confessionale (*defecerunt.*) *Impr. in Firenze a petitione di Piero Pa-*

cini da Pescia, per ser Lorenzo Morgiani et Giov. di Maganza adi 22 di Febraio 1496. In-4°.

3 Constantii Applani Mediolanensis soliloquia. *Impr. Cremonæ studio Caroli de Darleriis Cremonensis impressoris* 1496. *quarto nonas Octobris.* In-4°.

Ex 176 foliis Arabicè numeratis, non numeratis tamen prefatione nec indice. Vide Argelati. *Biblioth. Mediolan. pag.* 59.

4 Appollonii Rhodii argonauticon litteris capitalibus græcis. *Florentiæ de Alopâ circa* 1496. In-4°. m. r.

Editio princeps. Exemplar elegantissimum.

5 Philippi Beroaldi opuscula; scilicet:
Annotationes centum.
Notationes contra Servium.
Plinianæ aliquot castigationes.
Ang. Politiani miscellaneorum centuria prima.
Domitii Calderini observationes quædam.

Politiani panepistemon.

Ejusdem prælectio in Aristotelem (*cui titulus Lamia.*)

Beroaldi aliæ annotationes.

Joan. Baptistæ Pii annotamenta. In-fol.

In fine legitur: *Bernardinus Misinta Papiensis castigatissime impressit Brixiæ Saturnalibus* M. CCCC. XCVI. *sumptibus Angeli Britannici.*

6 Guilelmi Caoursin Rhodiorum vice Cancellarii obsidionis et urbis Rhodiæ descriptio. *Impressum Ulme per Joannem Reger anno dn̄i* M. CCCC. XCVI. *die* 24 *Octobris.* In-fol. m. verd.

Cum multis figuris. Editio completa et rarissima. Terminatur cum signaturâ *h iiij*, et folio primo præmittitur figura Caoursin suam historiam scribentis.

7 Dialogi Sanctæ Catharinæ Senensis. *Impress. Brixiæ per Bernadin. de Misintis die* 15 *Aprilis* 1496. In-8°.

8 Thesaurus Cornucopiæ et horti Adonidis hoc est: Ælius Dionisius de verbis indeclinabilibus.

Electa ex commentariis Eustathii et aliorum grammaticorum secundùm litterarum ordinem.

Formationes verborum *sum* et *eo*.

De iis quæ significant *sedere*.

Quæ *ire* significant.

Excerpta ex scriptis Herodiani de verbo magno scitu dignissima quæ passim non inveniuntur.

Declinatorum verborum deductiones ex ejusdem scriptis.

Choeroboschus ad eos qui quærunt regulas et similitudines in omnibus verbis.

Idem de casibus in quibus ob dissonantiam attrahitur n.

De anomalis et verbis inæqualibus secundùm ordinem alphabeticum.

Herodianus de dictiunculis inclinatis et incliticis.

De iis quæ inclinantur ex scriptis choeroboschi.

Ælius Donatus de iis quæ inclinantur et encliticis.

Joann. Grammaticus de idiomatibus.
Eustathius de iisdem.
Excerpta de iisdem ex Corintho.
De nominibus fœmininis quæ terminantur cum ω. In-fol. Græcè.

In fine legitur : *Venetiis in domo Aldi Romani summa cura laboreque præmagno mense Augusto M iiii D.*

Extat in principio folium exhibens titulum et indicem operum relatum ; secundùm verò refert epistolam Aldi Manucii Basianas Romani ad studiosos in quâ de auctoribus Græcis et de suâ Typographiâ discurrit et de ejus curâ in edendis libris. Hanc epistolam sequitur altera Angeli Politiani ad Varinum curantem de hac editione. Undè textum thesauri 10 folia præcedere debent. Folia Arabicè numerantur 270, et signantur ; sed desiderantur custodes et capitales. Vide Debure N°. 2224. Unus est e rarissimis qui prodiere ex hac officinâ ; et exemplar est elegans, cum primâ suâ ligaturâ antiquâ.

9 Franchini Gafori Laudensis musicæ actiones, in IV libris. In-fol.

In fine legitur : *impressa Mediolani opera et*

impensa Joan. Petri de Lomatio per Guilelm. Signerre Rothomagensem anno salutis milles. quadring. nonages. sexto die ultimo Septembris.

Opus elegans, planè diversum ab editionibus *annorum* 1480 et 1492, cum permultis figuris, quandò exemplum præcepti musicalis in ipsâ paginâ defectu loci non poterat incidi ac collocari. Curam habuit editor imprimendi : *verte folium.*

10 Dialogorum Gregorii Papæ libri IV. In-4°.

In fine legitur : *libri dyalogorum beati Gregorii Pape una cum annotationibus capitulorum feliciter explicit impressi ac diligentissimè correcti Basileæ per Michaelem Furter sub anno* 1496. *Laus Deo.*

Character gothicus. Terminatur cum signaturâ *i* 3.

11 Zachariæ lilii liber de origine et laudibus scientiarum.
Contra antipodes.
De miseria hominis et contemptu mundi.
De generibus ventorum, et de vitâ Caroli magni. *Florentiæ impressum per*

Franciscum Bonaccursium impensâ Petri Pascini de Piscia 1496, *septimo Idus Aprilis.* In-4°.

12 Luciani opera. *Impr. Florentiæ* 1496. In-fol. Græcè.

Immediatè textus incipit cum signaturâ *A*, et terminatur cum *k*.

EDITIO PRINCEPS, et exemplar elegans. Hanc verò prodiisse ex officinâ Juntarum invictis argumentis probat clariss. Maria Bandini in *Bibliothecâ* seu serie librorum quos ad annum usque 1530 publici juris fecit celebris officina Juntarum quæ sub brevi in lucem editurus est pro litteratorum utilitate.

13 Nicolai Perroti Cornucopia, seu commentar. linguæ Latinæ. *Venetiis Joh. de Tridino alias Tacuinus* 1496, *die XX Decembris.* In-fol. m. r.

14 Petrarchæ opera quæ Latinè scripsit. *Impr. Basileæ per magistr. Joann. de Amerbach anno nonages. sexto supra millesimum quaterque et centesimum.* In-fol.

Editio princeps. Occasione hujus præmonendum hic existimo me apud Augustinianos Januenses (*de consolatione*) vitam Scipionis Africani Latinè scriptam a Petrarchâ invenisse In uno codice manuscripto quarti decimi seculi qui in insulâ Chio exaratus fuerat.

15 Guilelmi de Okam ord. minorum super potestate summi Pontificis questionum octo decisiones. *Impr. Lugduni per Johan. Treschel* 1496, *die* 8 *Octobr. Edente Jodoco Badio Ascensio.* In-fol.

16 La regle dês marchands nouvellement translatée de Latin en François. *Impr. à Provins par Guillaume Tavernier a la requeste de Jaquette Lebee veuve de Jean Berault, le premier jour d'Octobre l'an mil CCCC quatrevingtz et seze.* In-4°.

In prologo dicitur regulam hanc fuisse transsumptam ex *summâ confessariorum*, Joannis Lectoris (*Jean Leliseur.*) Folia signantur et præest figura ligno incisa exhibens auctorem scribentem, cum his verbis: *quæ sursum sunt sapite.*

Editionis hujus memoratur Prosper Marchand

histoire de l'imprimerie pag. 91 (sed corrigendus.)

Primus est et forsan unicus liber qui in decimo quinto seculo prodierit in hac urbe. Sic crescunt de die in diem notitiæ novæ progressûs Typographicæ artis, et scrutatoribus innotescit ejus progressivi aditûs notitia nova; sic v. g. Pictavii anno 1479, prodiit *breviarium historiale* In-4°., cujus exemplar vidi apud Minimos Semurienses. Callii, *Servius de ultimis syllabis*, in-4°. 1476, per Robertum de Fano et Bernardinum de Bergomo. Tridenti, la *catinia di Potentone Padovano* in-8°. 1482, quæ duo extant Venetiis apud Sanctum Marcum; et Veronæ, *Homeri Batrachomiomachia*, in-4°. 1470, (non verò 1469, ut placuit Maffeio) quæ extat etiam Venetiis in bibliothecâ Apostoli Zeno apud Dominicanos. Comi, *tractatus de appellationibus Joan. Anton. de Placentia*, in-fol. 1474, per Ambros. de Orcho; extat apud Canonicos Patavinos. Pisciæ, *Franciscus de Accoltis sup. titulo de accusatione*, in-fol. 1486; extat apud Camaldulenses in Tusciâ. In Monte Regali *confessionale Sancti Antonini* in-4°. 1472, per Balthasarem Corderium. In treviâ (italicè Trevi) *historia quomodo beatus Franciscus petivit a christo indulgentiam pro ecclesiâ Sanctæ Mariæ de Angelis*, in-fol. 1470. Romæ extat in gymnasio Sapientiæ. Clavasii, *sum-*

ma Angeli de Clavasio 1486, *tertio Idus Maij* (*per Jacobin de Suigo*) in-4°; extat apud Franciscanos Fesulanos prope Florentiam; et sic de aliis innumeris, ut patet ex præsentis catalogi decursu ac meæ dissertationis *sur l'origine et les progrès de l'imprimerie en Franche-Comté* 1784. In-8°.; et Denis *supplément. ad annal. Typograph. Maittaire.* In-4°.

17 Richardi Armachani defensio curatorum contra eos qui se privilegiatos dicunt (hoc est contra Religiosos mendicantes,) et defensio Religionis mendicantium a magistro Rogerio Chonoe ord. Minorum contra dictum Armachanum. *Impr. a Joanne Treschel Alemano artisque impressoriæ magistro* 1496, *die verò* 20 *Octobris* (*Lugd.*) In-fol. veau fauve goth.

18 Tractato del sacramento et de mysterii della messa composto da frate Girolamo da Ferrara. In-4°. veau.

Constat quatuor foliis et uniuntur sequentes:

Compendio di revelatione dello inutile

servo di Jesu Christo frate Hieronimo da Ferrara. *Impresso in Firenze ad instantia di ser Piero Pacini da Pescia 1496, adi 23 d'Aprile.*

Opus valdè rarum.

Sermone o vero trattato della oratione composto da frate Hieronimo da Ferrara.

Desinit cum *b iij.*

Il libro della vita viduale composto da fratre Hieronimo da Ferrara. *Impresso in Firenze per ser Lorenzo Morgiani ad instancia di ser Piero Pacini 1496, adi 26 di Novembre.*

Expositione di frate Hyeronimo da Ferrara sopra el psalmo LXXIX *qui regis Israel*, etc.

Clauditur cum *b iij.*

Operetta composta da frate Girolamo da Ferrara sopra Dieci comandamenti di dio diritta a labadessa delle murate di Firenze. *Impressa in Firenze per ser*

Lorenzo Morgiani et Giovani di Maganza.

Predica del R. P. Fr. Hieronimo Savonarola da Ferrara. *Adi XXV de Febraio* 1497, *la domenica del carnasciale in Sta Maria del fiore et raccolta per ser Lorenzo Vihuolli da la viva voce del prefato Padre*, etc.

Incipit hoc textu: *in exitu Israel e Egipto*, etc; et terminatur cum signaturâ *c* 2.

19 Rei rusticæ scriptores cum commentar. Beroaldi. In-fol.

In fine legitur: *opera agricolationum Columellæ, Varronis, Catonisque nec non Palladii cum excriptionibus Philippi Beroaldi et commentariis impressa Regii impensis Dyonisii Bertochi regien.* 1496, 14 *Kal. Octobris.*

20 Speculum finalis retributionis Petri Reginaldeti. *Impr.* 1496, *die XI Februarii.* In-4°. goth.

Terminatur cum signaturâ *k iiij.*

21 Leonardi de Utino sermones floridi. In-4°. goth.

In fine legitur : *impreſſit autem eos arte atque impendio ſolertiſſimus vir mag. Joannes Treschel Alemanus in civitate Lugdunenſi anno dñi* 1496, *die verò* 15 *Julii.*

Libri sub anno 1497.

1 Dictionarium Græco-Latinum Aldi Manutii. Cyrilli opusculum de dictionibus. Ammonius de differentiâ dictionum, etc. In-fol. m. r.

Præmittitur præfatio Aldi, et in fine legitur: *Venetiis in ædibus Aldi Manutii Romani Decembri mense MIIID*; *et in hoc quod in cæteris nostris ab ill. S. V. concessum nobis.*

Habet indicem dictionum et registrum signaturarum.

2 Leopoldus Bebenburgius de zelo veterum germanorum principum in Christianam religionem, edente Sebastiano Brand. *Impr. Basileæ Bergman de Olpe* 1497, *Idibus Maij*. In-fol.

Folia signantur, sed non numerantur. Insignem raritatem hujus ac descriptionem exhibet David Clément Tom. III, pag. 12 et sequent.

3 Georgii Benigni solutiones propheticæ. *Impressæ per ser Laurentii de Morgia-*

nis VI Idus Aprilis 1497, *Florentiæ.* In-4°.

4 Philippi beroaldi opusculum eruditum quo continentur declamatio philosophi Medici oratoris de excellentiâ disceptatum et libellus de optimo statu et principe. *Impress. Bononiæ Benedictus Hectoris anno domini.* MIIID *idib. Decemb.*

Orationes et carmina Beroaldi. *Impr. Brixiæ Angelus Britannicus* 1497.

mensi; est aggregatum textuum ac auctoritatum Pontificiarum, Patrum, conciliorum et auctorum ecclesiasticorum, methodicè et in 26 libros disdispositum, in quo recensentur ceremoniæ medii ævi, usus privati ecclesiarum ac ritus sacramentales. In eo et præcipuè libro IV°. fusè tractatur de investituris et jure principum in clericos; undè in hoc volumine texuit historiam usuum et rituum sui temporis, et propter hujus operis meritum Carolus Rex V[tus]. voluit illud in suâ bibliothecâ locum obtineat. Hinc ait Chiffletius *in editione operum Ferrandi, Divione* 1649, in-4°., *pag.* 323: *addo a Jarlando qui ante annos quingentos vixit, Crysopolitano Sti Pauli Canonico et præceptore scholarum.........* *in candela quod opus de omni penè canonicâ et theologicâ doctrinâ ex antiquis collectum in sex et vigenti libros digessit.* La Monnoye autem in *Menagiana*, Tomo 2°., pag. 98, et Tom. VI novæ editionis Duverdier, et Echard *scriptores ordinis Prædicatorum, Tom.* 1°., *pag.* 189, adstruunt Gerlandi opus Coloniæ prodiisse anno 1527, in-8°., curis Joannis Justi Carthusiani sub titulo *Candelæ Evangelicæ.* Sed Neuter se librum tractasse affirmat, quo mediante comparationem cum manuscripto instituisset; undè valdè suspicor *candelam* hanc evangelicam aliud

esse a simplici *candelâ* Gerlandi : neque enim unum volumen in-fol., et quidèm ex charactere minuto ac abbreviato contineri valet in uno formæ in-8°., neque etiam hujus memorantur Petreius, Foppens et Harthzeim, qui fusè de operibus Joannis Justi disseruerunt. Codices autem hujus habentur *Divione* apud Sanctum Benignum, Parisiis apud S. Victorem, et apud Dominicanos S. Jacobi et Clarevallis. Abbas le Bœuf, *dissert. sur l'histoire ecclesiast. et civile de Paris, impr.* 1743, Tom. III, pag. 481, unum indicat apud Dominicanos Trecenses, qui fuerat olim Caroli V[i]. Regis; et est exemplar quod hìc recensetur, quod tamen 22 tantùm posteriores libros exhibet.

In parte superiori folii primi legitur : *istum librum quem dedit Rex Carolus libreriæ istius conventus Trecensis ord. Predicat. quicumque alienaverit sententiam excoītonis incurret ipso facto sicut apparet per litteras apostolicas quarum copia est in fine hujus libri scripta*; et in fine voluminis sequentia leguntur, ex autographâ et coevâ manu : *anno domini* 1375, *dedit istum librum pro libreria communi istius cōvtus Trecensis ordinis Predicatm̄ illustrissimus princeps et dominus dominū Karolus dei gratia Francorum rex ad petitionem r̄evdi in xto Patris dn̄i*

dñi fratris Petri de Vilieribus (*) *Episcopi Trecensis ac prædicti dmni Regis confessoris et consiliarii tali pacto quod si quis ipsium a dicta libreria amoveat in pignore que vendat, accommodet vel aliquantùmcumque alienet, ipso facto pertinebit ad Episcopum Trecensem, ad Decanum et capitulum ecclesiæ Trecensis et ad Conventum Fratrum Prædicatorum Parisiensem: item faciens vel permittens alienationem dicti libri est excommunicatus, quarum tenor sequitur in hæc verba.*

Gregorius XI (**) *Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Carissi-*

(*) Petrus Campanus natus Villieribus propè Arcisium ad Albam, ordinem Prædicatorum ingressus apud Trecenses sub nomine Petri de Villieribus, a confessionibus Caroli V[i]. factus, deindè Nivernensis, et posteà Trecensis creatus est Episcopus anno 1375. Bibliothecam Dominicanorum extrui curavit manuscriptosque legavit; apud ipsos sepultus est, ejusque epitaphium extabat quod refertur apud Camusat, in *promptuario antiquit. Tricassinensium.* De eo legitur in *indice Bibliothecæ Regis Caroli V, ipsum huic principi dedisse bibliorum volumen.* Vide le Bœuf; loco suprà relato, pag. 462.

(**) Bulla faciens ad historiam litterarum sub Carolo V, et summoperè pro Trecensi civitate.

mus in xto filius noster Carolus Rex Franciæ illustris eximiâ devotione præclarus, clementiæ majestate sublimis, mansuetudinis gratiâ perfecte plenus, affluentiâ pietatis progenitorum suorum Xtianissimorum Regum Franciæ laudabili successione sequens vestigia.......... nosque et Romanam ecclesiam matrem ut suam sic filiali studio reveretur et veneratur ut sincerâ cordis et animi puritate placeat................ ecclesias et personas ecclesiasticas sui regni super habens honore easque variis decorat privilegiis et jocalibus atque bonis; decet igitur........... exaltari............. Cum itaque Rex vero zelo devotionis motus aliqua jocalia seu reliquaria argentea et nonnullos libros ad usum hujus conventus domus ordinis Prædicatorum Trecensis......

Eidem conventui dederit adhuc et alia dare proponat cujus atque jocalia et bona ipsa data atque danda ibidem permanere et perpetuo conservari. Nos Regiis supplicationibus inclinati authōte apostolicâ tenore presentium in virtute stæ obedientiæ et sub excommunicationis penâ qui contra inhibuerint præsentem facientes incurrent ipso facto............. inhibens nequis cujuscumque status, gradus ordinis vel conditionis existat. Hujus modi jocalia seu reliquaria argentea et libros sic per dictum Regem jam data aliaque per

eum danda alienare, impignorareque, aut alio modo distrahere presumat, nec id facientibus præstet auxilium, consilium, vel favorem nonobstantibus exemptionibus et aliis quibuscumque privilegiis ac litteris apostolicis, etc......... *datum Avinione quarto Kalend. Martii Pontificatûs nostri anno primo.*

Originale custoditur in deposito hujus Trecensis conventûs.

Nomen Gerlandi nusquàm apparet in toto codicis decursu, nec titulus aliundè cognoscitur quam verbis postremis : *explicit candela.* De Gerlando et ejus opere vide *Journ. de Trevoux* 1763, *pag.* 1317.

15 Petit traictié d'entre l'ame devote et le cuer lequelle s'appelle le mortifiement de vaine plaisance fait et composé par René Roi de Sicile duc d'Anjou, et par lui mandé et intitulé a tres reverend pere en Dieu l'arcevesque de Tours (Jean.........) lequel traictié fut fait en l'an mil quatre cent cinquante et cincq, et s'en commence comme cy apres sensuit. In-fol. m. verd, doublé de tabis.

Codex membraneus XV seculi; ex charactere quem vocant *lettres bâtardes* et *lettres tourneures en or*; constat 42 foliis cum octo figuris; altitudinis quatuor pollicum: in modum dialogi scribitur. Siciliarum Rex Renatus Andegavensis ab Alphonso victus et e regno suo pulsus, in Provinciam secessit, ibique ab anno 1444 artium Patronus ac litterarum, (sicut norunt litterati,) propriis ipse manibus depingebat, opusculisque suis miniaturas adaptabat, et quidem tunc temporis elegantes. Hujus autem generis esse præsentes suadent propria dicti regis insignia, ac pictura 5ª. quæ exhibet figuram castelli *de ovo* in Neapoli, in quo ab Alphonso obsessus fuerat Renatus; quam obsidionem in hac etiam figurâ adumbrasse videtur. E vivis igitur nundùm excesserat Renatus anno 1455.

16 Felicis Hemerlin (Malleoli) de balneis naturalibus quid sentiendum dissertatio.

Antidotarium Nicolai.

Observationes Joh. a sto Amando in Nicolai antidotarium. In-fol.

Prima pars codicis chartacea est et secunda

ac tertia in membranis. Ex scripturâ quinti decimi seculi.

Libellus Hemerlini (qui fuit auctor variarum oblectationum et de origine Switensium, de quo vide suprà in hoc indice) de balneis seu fontibus calidis, præsertìm de Solodurensibus, et Bononiensibus; penitùs huc usquè ignotus remansit, etiam Hallero in suâ *Bibliothecâ Helveticâ*. In hoc describit aquas Thermales, quarum originem investigat; et optandum foret typis mandari pro bono naturalis historiæ; nec minori merito apud litteratos gauderet cæteris ejùs operibus. Antidotarium verò sæpè typis mandatum habetur. Nicolaus ille Salernitanus erat; de quo videri potest Fabricius *biblioth. græcâ Tom. XIII*, et biographos Napolitani Regni. Quantùm verò ad Joh. de sto Amando, auctor est Gallus in patriâ suâ vix notus.

17 Poeme sur la passion de J. Christ. In-fol. velours.

Codex 15ti. seculi membraneus, scriptus in *lettres de sommes*. Ex 35 foliis, cum 40 picturis et arboribus genealogicis Patriarcharum, mundi ætatum, vitiorum et virtutum. Hujus auctor est Nicolaus Veronensis, qui opus hoc et volumen obtulit uni e principibus domûs de

Gonzaga, sicut testantur insignia hujus gentis. Nomen auctoris in fine sic legitur :

Seignour vous che aves oie et entendue
La passion de Dieu che vous est manteue
. . . .
Jusquement a cist pont ceste couse a esponu
Nicolais Veronois e pour rime etendue
Mes de cist feit n'est plus de lui rime vue
Pour ce plus n'en dirai fors che ala departue
Jhu vous bencie che en bien fer nous argue.
Amen.

18 Le livre de l'ordre de tres chretien Roi de France Loys unzieme a l'honneur de St Michel. In-4°.

Codex quinti decimi seculi membraneus, eximius et elegans (*en écriture bâtarde.*) Exhibet autem statuta ordinis Sti Michaelis a Ludovico XI instituti, et si originalis non est, saltèm coevus est.

Præmittitur miniatura una quinque pollicibus alta, elegans et exhibens Regem in throno sedentem, cum sceptro et manu justitiæ et circum adstantes equites, cum vestibus et apparatu ordinis.

19 Le doctrinal de nobleſſe. In-4°. m. verd.

Codex membraneus, optimæ notæ decimi quinti ſeculi, cum litteris pictis et deauratis; ex 146 foliis. Opus proſaicum et metricum. Folio 129 legitur : *et par ce dernier chapitre vous baille concluſion finale de ce préſent traitié nommé doctrinal de nobleſſe fait, compilé, composé et entierement accomply en la maiſon de Bonaventure ſcituée en la noble cité de Mets, le quinze jour de May l'an* M CCCC *quatre vings unze qu'il plaiſe aux liſans et aſſiſtans a la lecture qui trop y trouveront a corriger et remedier prendre et recevoir ſon contenu en bonne part.*

Codex præſens fuit olim familiæ Paperel antiquæ apud Metenſes.

20 Manlii Severini Boetii opus de diſciplinâ ſcholarium. In-4°. v. br.

Huic annectitur *tractatulus de ſphærâ.* Codex membraneus decimi quinti ſeculi.

21 Senecæ epiſtolæ cum commentariis. In-4°.

Codex chartaceus decimi quinti ſeculi.

22 Le gouvernement des Rois et des autres Seigneurs de quelconque Seigneurie qu'ils soient fondés selon ce que Aristote l'escript et envoya au bon Roi Alexandre. In-4°. m. citron.

Manuscriptum hoc clauditur epistolâ unâ Sti Bernardi, sic : *cy s'ensuit l'espitre que monsieur Saint Bernard fit pour l'estat et gouvernement de bonne maison et a toutes gens de bien laquelle il envoya a Messire Raymond du Castel chevalier, translatée de Latin en Francois commençant le Latin glorioso et felici militi Raymundo.*

Initio unius et alterius extat pictura exhibens translatorem porrigentem suam versionem Regi Galliæ et Sto Bernardo Clarevallensi, folio sexto extat prologus in quo sic legitur : *le prologue d'un autre docteur appellé Philippe, qui translata cest livre en Latin* (du Grec d'Aristote) *et fut fils de Patojs et fut très saige interprete et entendant de tous langaiges*, etc.

Et in fine prologi hujus : *et depuis a la requeste du très noble Roy, en grand etude et en tres grant labour je translatay cest livre de Grec en Caldée et depuis en langue Arabique lequel livre fut le très saige Aristote.*

Rex

Rex autem cui Philippus ille dicavit præsens opus, erat Galliarum Rex, quia in picturâ exhibetur sedens in throno cum sceptro et lilio. Carolus autem V[s]. curavit Aristotelis ethicam in Gallicum idioma transferri per Nicolaum Oresme. Vide suprà, ad annum 1488.

In catalog. la Vallière eadem translatio legitur sub alio nomine : *le livre des bonnes mœurs.* Hujus autem redactor legebat Philippum hunc fuisse filium *Paridis.*

Codex in membranis XV[i]. seculi, scriptus in *anciennes bâtardes*, capitales auro et coloribus depictæ sunt.

23 ΟΝΟΞΑΝΔΡΟΝ ΞΤΡΑΘΗΓΙΚΑ. In-4°. veau antique doré.

Codex ille Græcus decimi quinti seculi, 140 foliorum, ex chartâ Constantinopolitanâ, undè asportatus est et legatus Cardinali Granvellano ; insignis est, et optimæ conservationis. Norunt litterati codices Mss. Onosandri de scientiâ militari esse rarissimos. Hujus autem in principio extant insignia Cardinalis Perrenoti, cum hac voce : *durate.*

24 Grammatica Latina. In-fol.

Codex chartaceus decimi quinti seculi. Opus illud est ex genere partis secundæ editionis quam

anno 1468 Petrus Schoyffer prælo subjecit. In fine illius legitur : *explicit grammatica iſta finita et perfecta eſt per me Johez Frantz Baete uxoratū Heydelbergæ 19 Kal. Septembr. an. dom.* 1471.

25 Maphæi Oratorum sua ætate principis disputatio inter solem, terram et aurum. In-4°.

Codex partìm membraneus et partìm chartaceus. In ejus fine legitur : *explicit Deo gratias* XXVIII *Julii anni dom. mill*mi. IIIIc. LXX (1470) *per me Fauche.*

26 Marci Tullii Ciceronis Arpinatis consulisque Romani ac oratorum maximi ad Marcum Tullium Ciceronem filium suum officiorum liber. In-4°.

Codex chartaceus et membraneus 15ti. seculi, in cujus fine legitur : *præſens Marci Tulii Ciceronis clariſſimum opus Lazarus de Montelon Pariſianus in decretorum venerand. facultate tunc temporis ſtudens feliciter effecit finitum anno dom.* MLXXVI (*omiſſis centenariis*) *vigeſimâ quintâ menſis Auguſti die.*

Huic annectuntur Flacci Persii satyræ cum notis, in cujus fine legitur : *explicit Perſius per me Lazarum*

de Montelon anno M°. LXXVI *nona menſis Maij.*

27 Dialogue de Lucien intitulé Toxaris ou l'amitié, traduit de Grec en François. In-4°. m. v.

Codex membraneus; elegantis ſcripturæ (*en écriture bâtarde*) et optimæ conſervationis, ſeculi XVi.; ex 52 foliis.

28 Virgilii Maronis Æneidorum libri XII. In-fol.

Codex chartaceus, politus et elegans, 15to. ſeculo ſcriptus, ex charactere *de ſomme*, ut aiunt.

29 Le roman de la roſe commencé par Guillaume de Lorris et continué par Jean de Meun dit Clopinel. In-fol. parvo, velours violet, et fermoirs en cuivre doré.

Codex in membranis ex charactere dicto *bâtarde ancienne*, 14ti. ſeculi, venuſtus et elegans, cum innumeris figuris deauratis, et pictis etiam litteris. Conſtat 183 foliis. In columnam duplicem paginæ dividuntur, et ſic terminatur:

Cy feniſt le Roumans de la roſe
Ou lart damours eſt toute encloſe.

30 Le codicille de Jean de Meun (qui acheva le roman de la rose.) In-fol. veau brun.

Codex membraneus decimi quinti seculi scriptus in *anciennes bâtardes*, cum picturâ unâ et litteris capitalibus deauratis. Optimæ notæ est præsens codex. Hoc enim comparato cum editione abbatis Lenglet Dufresnoy, præter variationes innumeras et singulares, supra centum versus refert omissos in editione dicti abbatis. Paginæ in columnas non dividuntur, et in fine legitur: *explicit le testament* (scribere debuisset *le codicil*) *Maitre Jehan de Meun.* Constat 75 foliis; fuit olim domini Claudii de Ruffier.

31 Leonardi (Bruni) Aretini epistolæ quas ab anno 1405 ad annum usque 1440 scripserat. In-fol. parvo.

Codex membraneus litteris quadratis decimo quinto seculo in italiâ exaratus, elegans et optimæ notæ. Norunt litterati omnes meritum harumce epistolarum doctissimi hominis, quarum collectionem edidit Abbas Mehus *Florentiæ anno* 1741, sed nonnullas exhibet præsens codex, quæ aut eruditissimum editorem fugerunt, aut ampliores sunt.

32 De primo bello punico. In-4°.

Cui adjungitur sequens :

Leonardi Aretini commentarium rerum Græcarum ad splendididissimum Angelum Akakolum (Acciajoli) Florentinum.

Codex membraneus 15ti. seculi scriptus, charactere rotondo, in Italiâ. Primum opus incipit: *vereor*, et secundum *animadverti*. Licèt primum non appellet auctoris nomen, reipsà tamen pertinet etiam ad Leonard. Bruni Aretinum. Abbas Mehus qui Florentiæ anno 1741, ejus vitam ac epistolas de novo edidit, utriusque operis permultos recenset manuscriptos codices, dicitque primum opus prælo mandatum fuisse Brixiæ anno 1498, et Parisiis anno 1512; et utraque editio sub Polybii titulo *de primo bello punico Leonardo aretino interprete*, etc.

33 Marci Catonis Uticensis; Pyrrhi Epirotarum Regis, Pauli Æmilii, Quinti Sertorii, Demostenis, Marci Antonii, Tyberii Grachi, Caij Gracchi, M. Tullii Ciceronis vitæ e Græco Plu-

tarchi in Latinum factæ per Leonardum (Bruni) Aretinum. In-4°. m. v.

Codex membraneus 15. seculi, ex charactere rotundo in Italiâ scriptus, elegantissimè et eximiè compactus; cum litteris auro et coloribus. Abbas Mehus qui recensuit opera Bruni et vitas quas e Plutarcho vertit in Latinum, non novit vitam Ciceronis, quæ tamen in hoc manuscripto ipsi tribuitur.

34 Æneæ Silvii Piccolominei (posteà Pii Papæ II) S. R. E. Cardinalis Senensis de origine Bohemorum ad Alfonsum Aragoniæ Regem. In-4° m. verd.

Codex chartaceus 15^{ti}. seculi, in cujus fine legitur: *per Gerardum Colonie Clericum scriptus. Deo gratias.*

35 Les chroniques de la Bouchardiere, divisées en VI livres, ayant pour auteur Jean de Courcy chevalier Normand qui les commença en 1416, et mourut à Caudebec, au mois d'Octobre 1431. In-fol. max°. Tomi duo. velours verd, fermoirs et angles en cuivre doré.

Nomen *de la Bouchardiere* habuit chronica hæc, ab uno dominio dicto *Bourg-Achard*, quod fuit familiæ de Courcy in diæcesi Rothomagensi. Disquisitio de auctore et descriptio ejusdem generis manuscripti habentur *catalog. de la Vallière* N°. 4061, undè eamdem transsumpsit *catal. biblioth. elegantiss. Parisinæ*, apud Edwardtz Librarium Londinensem, anno 1790.

Præmittitur operi prologus auctoris, ubì exhibetur ejus nomen et ipsius ætas; et cum folio tertio incipit liber primus chronicarum, cui præmittitur pictura una alta ad minus octo pollicum, sicut sequentes. Hæc autem exhibet arcam Noe et iconographiam urbium Argos et Athenarum ac unius exercitûs belligerantis.

Fronti libri secundi alia, mæniis exhibet exercitum Trojanis subjacentem, unà cum Priamo, ex unâ parte, et Helenam cum Paride ex alterâ equitantibus; tertio verò libro præmittitur altera, in quâ inspicitur origo seu constructio urbium Venetiarum, Cycambri, Carthaginis et Romæ; et cum tertio libro clauditur volumen primum.

Fronti verò secundi et quarti libri videtur Babylon et constructio turris quam Nembrod armatus Giganteo more aspicit, et in superiori parte extat pater æternus cum angelo uno alis

T iv

et manibus extenſis. Liber quintus et figura quinta exhibent Alexandrum throno ſedentem; et juxta ipſum Reginam unam et ex alterâ Euridicem Philippi Macedoniorum Regis matrem, aſpicientem e throno ſuo filios Alexandrum ac Perdiccam, haurientes cupam veneno plenam.

Tandem liber ſextus ſextaque figura referunt Antiochum Jeroſolimitanam urbem obſidentem, et clauditur ſic volumen ſecundum, cum 43 capite, licèt in præmiſſo indice 42 tantum deſignati fuerint, undè perfectum ac completum eſt.

Nihil elegantiùs his ſex picturis pro eo tempore poteſt deſiderari: mirum ergò non eſt abbatem Rive in ſuo *proſpectu picturarum antiquarum* unam ex his ſelegiſſe.

36 Breviarium Romanum ſecundum uſum ordinis Sti Franciſci. In-8°. Tom. duo, veau.

Codex membraneus 15ti. ſeculi optimæ conſervationis. In profeſto cathedræ Sti Petri legitur: *Deus qui beato Petro collatis clavibus regni celeſtis animas ligandi atque ſolvendi Pontificium tradidiſti*; in quo diſcrepat a breviario Romano hujus temporis, in quo ſublata eſt vox *animas*.

37 Horæ beatæ mariæ virginis secundum usum Romanum sine require. In-8°. in membranis. Cum figuris ligno incisis, veau.

Folio primo recto apparent insignia Typographi aut librarii, et circum ea legitur: *pour provoquer la grant misericorde de tous pecheurs faire grace et pardon; Anthoine Verard humblement te recorde ce qu'il attient de toy pardon.*

Singulare habet hæc editio quæ prodiit vergente ad finem 15to. seculo, quod figuræ omnes sint allegoricæ ad varios vitæ humanæ status, quorum nomina etiam inciduntur ac appellantur. Auro et coloribus *lettres tourneures* decorantur.

Horæ autem præsentes pertinuerunt ad familiam de Paulin et de la Cortade: huic enim insunt nativitates plurimorum hujus familiæ ab anno 1557 ad annum 1631.

38 Horæ in laudem beatissimæ virginis Mariæ secundum consuetudinem ecclesiæ Parisiensis. In-8°. m. r.

In fine legitur: *achevées d'imprimer le* 22me. *jour d'Octobre* 1527, *par maître Simon Dubois*

imprimeur pour maistre Geofroy Tory de Bourges, qui les vend à Paris à l'enseigne du pot cassé.

Paginæ omnes ornantur floribus, animalibus et viticulis.

39 Heures a l'usaige de Romme tout au long sans rien requerir, avec les figures de la vie de l'homme: et de la destruction de Hierusalem tout pour le mieux. *Imprimées à Paris par Gillet Hardouyn imprimeur demourant au bout du pont Notre-Dame.* In membranis. In-4°. v. historié et antique.

Harum quævis pagina horarum gaudet figuris ligno incisis; et litteræ omnes initiales auro et coloribus ornantur, miniaturæ verò sunt numero 44.

Ex coperturâ et insignibus folio ultimo verso depictis concludi posset horas præsentes fuisse olim in usum Catharinæ de Medicis.

40 Heures a l'usaige de Rome tout au long sans rien requerir *qui ont été imprimées a Paris* ꝑ *Gilles Hardouyn libraire demourant au bout du pont Notre-*

Dame, pour Germain Hardouyn libraire, etc. In-4°. in membranis, cum figuris ligno incisis, velours violet.

Præsens volumen prodiit initio 16ti. seculi, et ex charactere dicto *bâtardes*: sed præter figuras ligno incisas, sunt etiam 24 miniaturæ et litteræ initiales dictæ *tourneures*.

41 Les heures de Notre-Dame a l'usaige de Rome sans requerir. In-8°. in membranis, cum figuris.

In fine legitur: *furent achevées le X jour de Novembre mil cinq cent et huit pour Anthoine Verard libraire demourant a Paris*.

Habet 20 picturas cum plurimis litteris principalibus et alteris dictis *tourneures*.

42 Hore intemeratæ virginis Mariæ secundum usum Romanum cum pluribus orationibus tam in Gallico quam in Latino. In-8°. in membranis, cum figuris. m.

In fine legitur: *ces presentes heures a lusaige de Rome furent achevees le premier d'Octobre* 1505

par Guillaume Anabat, imprimeur a Paris rue St. Jean de Beauvais, pour Germain Hardouin libraire.

Paginæ ornantur figurinis ligno incisis, et sunt 13 picturæ cum litteris *tourneures.*

43 Heures à l'usage de Chartres. In-8°. in membranis, cum picturis, velours rouge.

In fine legitur : *ces presentes heures au long sans rien requerir avec les grans suffraiges ont été imprimées a Paris par Gille Couteau* 1513, *pour Guillaume Eustace libraire.*

Habet 31 picturas vivi coloris.

44 Heures de Notre Dame translatées en Francois et mises en rimes par Pierre Gregoire (dicendum Gringoire; alio modo *mere sotte*) dict Vaudemont Herault d'armes de Msgr. le duc de Lorraine etc., Par le commandement de Renée de Bourbon duchesse de Lorraine. *Imprimé par Jean Petit rue St. Jacques.* In-4°. v. fauve.

Ex 90 foliis. Datum est Lugduni a rege Francisco primo privilegium anno 1505. Vide

nouvelle biblioth. Françoise de Duverdier, *Tom. V*, *pag.* 284.

45 Heures a lusaige de Rome tout au long sans riens requerir. *Nouvellement imprimées a Paris pour Germain Hardouin libraire*, (circa 1520.) In membranis. In-16. m. r.

Ex charactere rotundo, et cum multis figuris et picturis.

46 Liber precum. In-4°. rel. en bois.

Codex membraneus 15^{ti}. seculi, ex charactere *de forme*, cum 15 picturis eximiæ conservationis et elegantiæ. Litteræ capitales, illæ quæ *tourneures* appellantur, auro etiam et vividissimis coloribus depictæ sunt.

In fine hujus extant quædam orationes ad virginem quæ metris Gallicis exprimuntur.

47 Liber precum. In-8°. majori, velours violet.

Inter elegantissimos codices recentiores præsens potest recenseri. Habet 39 picturas eximias, et præter litteras *tourneures*, viticulæ ac flores auro et coloribus vividissimis depictæ

videntur. Character rotundus et ſcriptoriæ artis ſplendidiſſimum opus, quodque celebris Jarry ſcriptoris opus fuiſſe ſuſpicor.

48 Liber precum ſeu pſalterium. In-4°. rel. en bois.

Codex membraneus 14ti. ſeculi, ex charactere *formæ*. Litteræ omnes principales auro et coloribus eleganter depictæ ſunt, et inſunt 16 picturæ optimæ conſervationis.

Scripſit autem manus antiqua : *pſaultier de Philippe-le-Bel*. Fuit exemplar hoc Andreæ Felibien.

49 Liber precum. In-4°. relié en bois.

Codex membraneus 14ti. ſeculi, ex majori charactere *de forme*, cum litteris *tourneures* et capitalibus egregiè delineatis, auro ac coloribus depictis, et cum 15 picturis eximiæ conſervationis.

50 Liber precum. In-4°. m.

Codex membraneus 14i. ſeculi, cujus litteræ omnes capitales et litteræ *tourneures* depictæ ſunt, et cum 15 picturis optimæ conſervationis.

51 Livre de prieres en 22 tableaux et et 21 cartouches, et arabeſques. In-folio, velours verd.

Opus splendidum et optimæ conservationis ; ex 23 foliis. Primo depingitur auctor suum librum offerens Regi Galliæ Henrico secundo, et legitur : *au tres chretien Roy mon souverain seigneur moy Jehan Hubert son serviteur indigne salut te donne avec gloire , honneur par Jesus-Christ et la vierge begnine ;* et sequuntur auctoris versus quibus dicat et consecrat suum opus, sic :

Puys qu'ainsi est Sire que je m'avance.
Te présenter ce livre tel qu'il est
Croy sil te plaist que mon oultre cuydance
Ne le faict pas : mais un double interest
Ou je suis mis (envers toy) dont l'ung c'est
Que tu es Roi mon seigneur et mon prince
Moi ton subject moindre de la province
Et touteffois ta grand bonté conduist
Pour l'autre point mon voulloir qu'il evince
Timidité, souls l'esperé desduyt.

Folio verò verso 21 legitur annus 1548, et 23 ac ultimo de novo sic loquitur : *au tres chrestian Roy mon souverain seigneur :*

Quant tu auras Sire ce livre veu
Je te feray tres humblement requeste

Que ton plaisir de tout hault bien pourveu
Face de moy ton serf benigne enqueste
En recepvant loeuvre de moy qui queste
Me pardonnant de lavoir ainsi faict
Et je ferai par toy telle conqueste
Que mon deffaut sera tout satisfait

Folio autem tertio sub scuto et sub liliis Gallicis immediatè subjacet Salamandra quam pro propriis insignibus vindicarat Rex Franciscus primus; et ad latus insignia Delphini; quæ probarent pro Rege Francisco fuisse dispositum, et hoc vivente. Sed eo mortuo anno scilicèt 1547, fuisse ab Huberto præsentatum anno 1548, Henrico II Regi ejus filio.

52 Heures ou livres de prieres. In-4°.

Codex in membranis cum nonnullis picturis, et scriptus *lettres bâtardes* 1557; pro usu Margaritæ principissæ de Sabaudia, sicut constat ex inscriptione coperturæ superioris, partìm Latinè et partìm Gallicè scribitur.

53 Liber precum. In-8°.

Codex in membranis 15^{ti}. seculi, in litteris *de somme*, cum aliquot figuris et litteris capitalibus auro depictis.

54 Officium

54 Officium beatæ Mariæ virginis. In-8°. m. r.

Codex in membranis 15ti. seculi, in litteris *de somme*; cum novem picturis et litteris capitalibus, auro et coloribus depictis.

55 Liber precum. In-18. m.

Codex membraneus 15ti. seculi, scriptus litteris dictis *lettres bâtardes*; cum 21 picturis. Paginæ constant 17 tantùm lineis.

56 Liber precum. In-18. m. verd.

Codex membraneus 15ti. seculi, litteris dictis *bâtardes*; Habet autem 13 picturas.

ADDENDA.

1 Joan. de Monte Regio in almagestum Ptolomei. *Venetiis*, *Joan. Hamman. dictus Hertzog.* 1496. In-fol. v. f.

2 Jacobi de Voragine legenda aurea de sanctis. *Lugduni*, *Mathias Husz* 1486, 20 *Julii.* In-fol. cum fig.

INDEX ALPHABETICUS AUCTORUM ET OPERUM.

Libri sine anni notâ, ab inventâ Typographiâ et Chalcographiâ ad annum usquè 1460, designantur litterâ A; ab anno verò 1460 ad annum 1470, charactere B (*) ; *ab anno 1470 ad 1480 litterâ C; ab anno 1480 ad 1490 litterâ D; et tandem ab anno 1490 ad finem decimi quinti seculi, charactere E. Pro cæteris verò annis, duo priores numeri (ceu cyffræ ut aiunt) annum designant; et posteriores numerum specialem sub quo ordine progressivo quodlibet indicatur opus.*

A

ABBANO vel APPONO (*Petrus.*)

Conciliator differentiarum. *Mantuæ* 1472. 1.
Tractatus de Venenis. 72. 1. Vid. 75. 1.

(*) Pag. 55, errore subiit, lineâ quintâ, littera C pro B.

ACCIAJOLI (*Donatus.*)

Expoſitio in Ethicam Ariſtotelis. *Florentiæ.* 78. 16. V. 76. 19.

ADONIDIS Hortus.

Theſaurus Cornucopiæ. *Aldus.* 96. 8.

ADRIANUS, Carthuſianus.

Liber de remediis utriusque fortunæ proſperæ et adverſæ. In-4°. B. 1.

ÆGIDIUS, Romanus.

Philoſophia. *Patavii.* 78. 1.

ÆLIANUS.

De inſtruendis aciebus. *Romæ.* 87. 18.

ÆMILIUS PROBUS.

De vitâ excellentium. *Jenſon.* 71. 17. V. Cornelius Nepos.

ÆNEAS SILVIUS. V. PIUS Papa ſecundus.

ÆSOPUS, Phryges.

Æſopi, Avieni et Rimicii fabulæ cum comment. In-fol. C. 1.
Fabulæ, Græcè et Latinè (*Mediolani.*) In-fol. C. 2.
Fabulæ, carmine latino redditæ (*Guldenſchaff.*) In-4°. C. 3.
Vita et Fabulæ moraliſatæ per Franc. Tuppum, in ling. Toſcanâ. *Neapoli.* 85. 1.
Vita et fabulæ. *Mediolani.* 74. 1.
—— *Venetiis.* 98. 1. V. 91. 14.

ALANUS.

De parabolis. V. 91. 14.

Albertanus, Causidicus.

De doctrinâ dicendi aut tacendi (*Flachen.*) In-fol. C. 9.

Albertus, Ratispon. Episcopus.

De adhærendo Deo (*Ginther Zainer.*) In-fol. C. 4.
Liber de laudibus genitricis Dei Mariæ (*Basileæ Wensler et Biel.*) In-fol. C. 5.
—— (*Zellius.*) In-fol. C. 6.
—— (*Mantelius.*) In-fol. C. 7.
—— (*Mantelius.*) In-fol. C. 8.
Sermones notabiles de tempore et Sanctis. *Coloniæ.* 74. 2.
Mineralium libri. *Patavii.* 76. 21.
Secreta mulierum. In-4°. D. 1.
In libros phisicorum. *Venetiis.* 88. 1.

Albertus (*Leo-Baptista.*)

De re ædificatoriâ. *Florentiæ.* 85. 2.

Albo Hazen Haly.

De judiciis astrorum. *Venetiis.* 85. 3.

Albumazar.

De magnis conjunctionibus. *Augustæ.* 89. 1.

Alcinous.

Epitome disciplinarum Platonis. 72. 2. — 97. 15.

Aldus Manutius.

Dictionarium Græcum. *Venetiis.* 97. 1.

Alexander de Villa Dei.

Grammatica metricè scripta. (*Vindelin. de Spirâ.*) In-fol. C. 10.

Alessandro Magno.

Historia di Alessandro magno. *Venetiis.* 77. 1.

Alfarabius.

Compendiosa declaratio in libros rhetoricor. Aristotelis. *Venetiis* 81. 2.

Alliaco (*Petrus de*)

De Potestate Papæ, etc. In-4°. E. 1.
Tractatus de oratione dominicâ et salutatione Evangelicâ. In-4°. E. 33.

Aloisius Tuscanus. V. 79. 12.

Alvares, Pelagius.

De Planctu ecclesiæ. *Ulmæ, Jo. Zeiner.* 74. 3.

Amand (*Joan. a Sto.*)

Observationes in antidotarium Niçolai. MS. 284. 16.

Ambizione. V. Foresi. E. 7.

Ambrosius, Mediolan.

De officiis libri tres (*Zellius.*) In-4°. B. 2.
—— (*Paris, Gering.*) In-fol. C. 11.
—— Et *Parisiis.* 98. 16.
Opus hexameron. *Schusler* 72. 3.
Expositio in evangelium Lucæ. *Augustæ.* 76. 1.

Ejus vita. Vita Stæ Agnetis. Passio Sanctorum Vitalis et Agricolæ; et Sanctorum Gervasii et Protasii. In-4°. E. 59. — 74. 4.
Epistolæ et opuscula. *Mediolan.* 91. 1.

AMBROSIUS, Camaldulensis. V. EPHREM. 81. 13, et TRAVERSARIUS.

ANANIA (*Joh. de*)

Tractatus jubilei (*Romæ.*) In-4°. C. 201.
Tractatus de indulgentiis. In-fol. D. 40.

ANASTASIUS, bibliothecarius. V. E. 20.

ANCHARANO (*Jacob.*) V. THERAMO.

ANDREAS (*Joannes.*)

Lectura super arborem consanguinitatis, etc. In-fol. C. 232.

ANDREAS (*Nicolaus.*)

Tractatus de missâ seu missæ officio. (*In Villâ Beronensi.*) In-4°. C. 13.

ANDRELINUS (*Faustus.*)

Poemata. 96. 1.

ANGELUS (*Jacobus.*) V. PTOLOMEE. 75. 38.

ANGELUS (*Joan.*)

Astrolabium. *Venetiis.* 94. 1.

ANSELMUS (*Sanctus.*)

Meditationes. In-4°. E. 2.

Antechrist.

Traité de l'avénement de l'Antechrist, *Paris.* 92. 21.

Antiphonarium.

Ad usum chori. MS. 271.
Aliud. MS. 7.

Antoninus, Florentinus.

Antonini Archiep. Florentini tractatus de instructione Sacerdotum (*Zellius.*) In-4°. B. 3.
Summula confessionis. *Venetiis.* 74. 5.
Tractatus de excommunicationibus suspens., etc. *Venetiis.* 74. 6.
—— *Venetiis.* 80. 2 — 84. 1 — 76. 2.
—— In vulgari linguâ. 72. 4.
Confessionale. *Conrard. Fyner.* In-4°. C. 14.
—— *Florentiæ.* 96. 2.
—— *Apud Sanctum Jacobum de Ripoli.* 77. 2.
Pars secunda ejus summæ. *Venetiis.* 74. 44.
Trialogus super Evangelio, etc. 95. 17.

Aphrodiseus (*Alexander.*)

Problemata ex versione Georgii Vallæ. *Venetiis.* 88. 3.

Apollonius.

Epistolæ. V. 98. 22.
De constructione. 95. 15.

Apollonius, Rhodius.

Argonauticon. *Florentiæ.* 96. 4.

Appianus, Alexandrinus.

De bellis Romanorum. *Venetiis.* 72. 5.

De bellis civilibus Romanorum ; pars prima in *Scandiano* ; et secunda *Regii*. 94. 2.

De bellis Romanorum, ex versione Pet. Candidi. *Venetiis*. 77. 3.

APPLANUS (*Constantin.*)

Soliloquia. *Cremonæ*. 96. 3.

APPONO (*Petrus de*) V. ABBANO.

Additio in librum Mesue. 71. 24. V. 84. 13.

APULEIUS, Madaurensis.

Methamorphoseos libri cum epitomâ Alcinoi. *Romæ*. 69. In-fol. 69. 1.

—— *Vicentiæ*. 88. 2.

ARATUS.

Phænomena. *Venetiis*. 88. 5.

ARETIO (*Angelus de*)

Tractatus de criminibus. *Paris*. 76. 3.

AREVALO (*Rodericus*.)

Speculum vitæ humanæ. *Augustæ*. 71. 31. V. SANCIUS.

ARGYROPILUS (*Joan.*) V. ARISTOT. 92. 1, et C. 15.

ARIOSTUS (*Alexander*,) Franciscanus.

Tractatus de usuris. *Bononiæ*. 86. 2.

ARISTOPHANES.

Comœdiæ, Græcè. *Aldus*. 98. 3.

Aristoteles.

Opera omnia. *Aldus.* 95. 1.
Opera varia. *Augustæ Keller.* 79. 1 ; et *Venetiis.* 82. 1.
De moribus ad Nichomachum, ex versione Joann. Argyropili. *Florentiæ.* In-fol. C. 15.
Libri ethicorum, politicorum et œconomicorum, ex versione Leonardi Aretini. (*Mantelius.*) In-fol. B. 21.
— Ex versione Argyropili. *Romæ.* 92. 1.
Les Etiques traduites par Oresme. *Paris*, 88. 4.
Le gouvernement des Rois. MS. 288. 22.
Prædicamenta. Libri topicorum. *Venetiis.* 81. 1. V. Alfarabius.
Libri politicorum et œconomicorum. *Paris.* 89. 2.
De animalibus. *Venetiis.* 76. 4.
Traductio problematum Aristotelis per Theodor. Gazam (*Mantuæ.*) In-fol. C. 19.
Problemata cum comment. Petri de Abbano. *Mantuæ.* 75. 1.
Eadem ex versione Theodori Gazæ. *Romæ.* 75. 2.
Problemata, interprete Theodoro Gazâ. *Venetiis.* 88. 3.
— *Paris.* 1500. 5.
Propositiones extractæ ex ejus operibus. 78. 2 — V. Acciajoli. 78. 16 — et Odo. 82. 20.

Armachanus (*Richard.*)

Defensio curatorum. *Lugduni.* 96. 17.

Arsochis (*Franciscus de*) Senensis.

Eglogæ. *Florentiæ.* 81. 32.

Ars moriendi.

Ex variis scripturar. sententiis cum fig. In-4°. C. 231.

De arte et scientiâ bene moriendi. *Venetiis.* 78. 3. — C. 127. — E. 3. V. Fermo.

Asconius Pædianus.

Commentar. in Ciceronem. *Venetiis*, *Joh. de Coloniâ.* In-fol. C. 16.

Asculano (*Francesco.*)

Libro dicto lacerba. *Venetiis.* 84. 9.

Astexanus, Franciscanus.

Summa Astexani. In-fol. Tomi duo. (*Mantelius*) C. 17. et B. 4.
—— (*Michael Reyser.*) In-fol. Tom. duo. C. 18.
—— *Venetiis.* 80. 1.

Astronomici.

Astronomici veteres. *Aldus.* 99. 1.

Athanasius (*Stus.*)

Opus contra Gentiles et Hæreticos. *Vicentiæ.* 82. 2.

Attila.

Flagellum Dei. *Venetiis.* 77. 5.
La guerra d'Attila flagello di dio. *Ferrariæ.* 1568. 77. 5.

Avicenna.

Opera omnia. *Patavii.* 76. 5.

Avienus (*Rufus Sextus.*)

Le compost ou kalendrier des bergers. *Paris.* 1500. Parte 2ª. pag. 265. — V. C. 1.

Liber compotus. *Lugd.* 92. 2. et parte 2ª. pag. 265.
Epigrammata. *Venetiis.* 88. 5.

Augustæ Historiæ

Scriptores; Suetonius, Spartianus, etc. *Mediolani.* 75. 27.

Augustinus, Hippon. Episcop.

Liber epistolarum. (*Mantelius.*) In-fol. B. 6.
De civitate Dei cum comment. Thomæ Anglici (*Mantelius.*) In-fol. B. 7.
De civitate Dei libri XXII. *Romæ Sweynheym et Pannartz.* In-fol. 68. 1.
—— *Vindelin. de Spirâ.* In-fol. 70. 1.
Idem in membranis. 2.
—— *Romæ.* In-fol. 70. 3.
—— Cum comment. Thomæ Valois et Nicolai Triveth. *Moguntiæ.* 73. 1.
—— *Romæ.* 74. 7.
—— *Jenson.* 75. 3.
—— Cum comment. *Basileæ.* 79. 2.
Confessionum libri. *Mediolani.* 75. 4.
De arte predicandi, sive liber quartus de doctrinâ christianâ (*Mantelius.*) In-fol. B. 5.
Confessionum libri (*Mantelius.*) In-fol. B. 8.
Sermo de beatâ Mariâ Virgine. (*Joh. Fust, et Petr. Schoyffer.*) B. 8.
De Trinitate libri V. (*Argentinæ.*) In-fol. C. 20.
De conflictu vitiorum (*Paris, Petr. Cæsaris.*) In-4°. C. 21.
Libellus de vitâ christianâ. *Spiræ.* In-4°. C. 22.
Dell'a citta di dio libri XXII. (*Anton. Bononiens.*) In-folio. C. 23.

Liber de vitâ christianâ. De singularitate Clericorum (*Coloniæ.*) *Ulricus Zellius*. In-4°. 67. 1.

Epistola ad beatum Cyrillum de Sto Hieronymo, Cyrilli ad Augustinum et Hieronimi ad Susannam et Heliodorum. (*Zellius.*) In-4°. B. 14.

Enchiridion (*Zellius.*) In-4°. B. 13.

Soliloquium de arrâ animæ. *Augustæ.* 71. 31.

De animâ et spiritu. De ebrietate. De sobrietate. De IV virtutibus. De contritione cordis. In-4°. 72. 8.

Sermo super orationem dominicam et super symbolum. (*Zellius.*) In-4°. B. 15.

De animæ quantitate soliloquiorum libri duo. *Augustæ*, *Zainer.* In-fol. C. 200.

Liber de vitâ beatâ, de honestate mulierum, et Sanctus Bernardus de honestate vitæ. (*Zellius.*) In-4°. B. 9.

Liber de beatâ vitâ et honestate mulierum. S. Bernardi de honestate vitæ. Sermo de præsentatione B. V. M. (*Zellius.*) In-4°. B. 10.

De vitâ christianâ. 98. 16.

De disciplinâ christianâ. De fugâ mulierum. De continentiâ et contemptu mundi. De communi vitâ Clericorum. Sermo de resurrectione mortuorum (*Zellius.*) In-4°. B. 11.

Liber de vitâ christianâ. (*Joan. Fust et Pet. Schoyffer.*) In-4°. B. 12.

—— In-4°. E. 4.

Du seul parler de l'ame à Dieu. In-4°. E. 5.

Opuscula. *Daventriæ.* 83. 1. — 84. 2.

Sermones ad Heremitas. *Mediolani.* 84. 3.

—— *Venetiis.* 90. 1.

De conflictu vitiorum. In-4°. D. 2.

Sermoni devotissimi 18 in volgare. *Florentiæ.* 91. 2.

Soliloquii in volgare, etc. *Florentiæ.* 91. 2.

Opera varia. *Parmæ.* 91. 3.
Regula. MS. 275. 11.

AURBACH (*Joan. de*)

Summa magistri de Aurbach, Vicarii Bambergensis. *Augustæ Zeiner.* In-fol. 69. 3.

AURELIUS VICTOR (*Sextus.*)

Liber virorum illustrium. (*Russinger.*) In-4°. C. 193.

AUREOLA.

Ex suavissimis floribus beati Jeronimi, ex editione Thomæ Dorniberg (*Spiræ.*) In-fol. C. 77.

AUREOLUS (*Petrus*) Franciscanus.

Compendium litteralis sensus totius bibliæ. (*Georg. Husner.*) In-fol. C. 24.

AURISPA, V. HIEROCLES. 74. 25.

AUSIMO (*Nicol. de*)

Supplementum summæ Pisanellæ. *Venetiis.* 74. 8.
—— *Januæ.* 74. 9.
—— Ad Summam Pisanellam Barthol. a Sto Concordio. *Coloniæ.* 79. 3.
Quadriga spiritualis. *Æsii* 75. 5.

AUSONIUS, Pæonius.

Epigrammata. *Venetiis.* 93. 3.

AUTHORITATES.

Seu reportationes Margaritarum, etc. *Basileæ.* 98. 4.

B.

BADIUS (*Jodocus*,) Ascensius.

Stultifera navis. *Argentinæ.* 1500. 3.

BALBI (*Joannes.*)

Joannis de Januâ dictionarium dictum catholicon. *Moguntiæ.* In-fol. Tomi duo. 60. 1.
Vocabularium catholicon (*Mantelius.*) In-fol. C. 50.
Vocabularium quod dicitur catholicon. *Augustæ. Gunth. Zainer.* In-fol. Tomi duo. 69. 6.

BALBUS (*Hieronimus.*)

Epigrammata. In-4°. E. 6.

BAIFO (*Guido de*)

Reductio discordantium canonum. *Venetiis.* 81. 30.

BANDELIS (*Vincentius de*)

De puritate conceptionis. *Bononiæ.* 81. 31.

BARBARUS (*Hermolaus.*)

Castigationes Plinianæ. *Romæ.* 92. 3.

BARBATIAS (*Andreas.*)

De fide instrumentorum. *Bononiæ.* 74. 10.

BARTHOLOMÆUS, a S. Concordio, Pisanus, et Dominicanus. V. AUSIMO.

Summa de casibus. *Paris*, *Ulric Gering.* In-fol. C. 163.

BARTHOLOMÆUS, de Pisis.

Summa magistrutia, seu Pisanella. *Nurembergæ.* 78. 4.

BARTHOLOMÆO, Canonico di Puola.

Perdonnanze di terra Sancta in Jerusalem. (*Æsii.*) 75. 5.
Bartholomæo dalli sonetti isolario, cum figuris geograph. In-4°. C. 25.
Bartholomæo miniatore formulario de epistole volgari. *Bononiæ.* 85. 4.

BARTHOLOMÆUS. V. GLAINVILLE.

BARZIZIO (*Gasparinus.*) Pergamensis.

Epistolæ. *Basileæ. Frid. Biel et Mich. Wensler.* In-fol. C. 89.

BASILIUS, Cæsareensis.

Opusculum ad Juvenes. *Moguntiæ.* In-4°. B. 16.
De legendis antiquorum libris. (*Florentiæ.*) In-4°. C. 219.
Sermo unus. In-4°. E. 13.

BEBENBURGIUS (*Leopoldus.*)

De zelo Germanorum principum. *Basileæ.* 97. 2.

BECHARIA. (*Anton.*) V. DYONISIUS. 78. 17.

BEDA (*Venerab.*)

Historia Anglorum. (*Fyner.*) pag. 470.

BELCARI (*Feo.*)

Vita di beato Giovani Columbino. *Florentiæ.* In-4°. D. 57.

BELLANTIUS (*Lucius.*)

De astrologiâ. *Florentiæ.* 98. 5.

BELLAT (*Barth. de Feltro.*) V. ASTEXANUS. 80. 1.

BENEDICTUS, *Cæsenas.*

De honore mulierum Carmina. *Venetiis*, 1500. 2.

BENIGNUS (*Georgius.*)

Solutiones propheticæ. *Florentiæ.* 97. 3.

BENIVIENI (*Hieronimus.*)

Eglogæ. *Florentiæ.* 81. 32.

BENIVIENI, *Dominicus.* V. 95. 11.

BERCHORIUS (*Petrus.*)

Reductorium morale. *Argentinæ.* 74. 11.

BERGOMO (*Paulus a*) Augustinianus.

Apologia ordinis Sti Augustini. Historia Stæ Monicæ. Regula Augustinianorum. *Romæ.* 79. 4.

BERGOMENSIS (*Philippus.*)

De claris mulieribus. *Ferrariæ.* 97. 5.

BERGOMO (*Petrus de.*) Dominicanus.

Concordantiæ locorum sibi contradicentium in S. Thomæ operibus. *Coloniæ.* 80. 3. — *Basileæ.* 78. 5.

BERLINGHIERI (*Francesco.*)

Geographia divisa in VII Jiornate. *Florentiæ.* In-fol, cum fig. C. 30.

BERNARDINUS

BERNARDINUS, de Senis, Franciscanus.

Tractatus seu sermones de contractibus et usuris. (*Argentinæ.*) In-fol. C. 29. —— 78. 32.

BERNARDUS (Sanctus.)

Sermones. *Moguntiæ.* 75. 7.
Epistolæ. *Bruxellis.* 81. 5.
Sermones. *Bruxellis.* 81. 6.
—— *Spiræ.* 81. 7.
Epistolæ 196 de miseriâ et brevitate vitæ, etc. (*Eggestein.*) In-fol. C. 27.
Speculum de honestate Vitæ. (*Flachen.*) In-4°. B. 32.
Speculum beati Bernardi de honestate vitæ. (*Zellius.*) In-4°. B. 17.
Liber de honestate vitæ. (*Zellius.*) In-4°. B. 9.
Sanctus Bernardus de honestate vitæ. (*Zellius.*) In-4°. B. 10.
Tractatulus metricus de meditatione mortis. In-4°. E. 3.
Meditationes. E. 8.
Eædem. E. 8.
Eædem. 98. 16.
Sermoni volgarizati. *Florentiæ.* 95. 2.
Opuscula de diligendo Deo..... et
Meditationes, etc. (*Petrus de Olpe.*) In-fol. C. 28.
—— *Brixiæ.* 96. 5.
Ad sororem de modo benè vivendi. *Venetiis.* 92. 4.
—— *Venetiis.* 94. parte 2ª. pag. 266.

BEROALDUS (*Philippus.*)

De felicitate. *Bononiæ.* 90. 2.
Idem. 90. 3. Vid. scriptores rei rusticæ. 96. 19.
Opuscula varia. 97. 4.

Enarrationes in Propertii elegias. *Bononiæ.* 87. 1.
Amotationes in comment. Servii in Virgilium. *Bononiæ.* 82. 4.
De septem sapientibus. *Bononiæ.* 98. 6.
Orationes variæ. 1500. 1.

BESSARIO, Cardinalis.

Libri V. contra calumniatores Platonis, et de naturâ ac arte contra Georg. Trapesuntium. *Romæ.* In-fol. 69. 4.
Epistolæ ad Fichetum. (*Paris*, *Gering.*) In-4°. C. 31.
Oratione a i signori d'Italia per fare la guerra a i Turchi. In-4°. 71. 2.

BETTINI (*Anton.*) Senensis.

Monte Sancto di dio. *Florentiæ.* 77. 4.
—— *Ibidem.* 91. 4.

BIBLIA.

Biblia sacra Latina. MS. 270. 1.
—— Ex charactere majori quem *formæ* appellant. In-fol. Tomi duo. A. 5.
Eadem. A. 6.
—— *Moguntiæ.* 72. 9.
—— (*Richel.*) 75. 8.
—— *Nurembergæ.* 75. 9.
—— *Ibidem.* 76. 6.
—— *Paris.* 76. 7.
—— *Basileæ.* 77. 6.
—— *Nurembergæ.* 77. 7.
—— *Ibidem.* 78. 6.
—— *Venetiis.* 78. 45.
Eadem. 79. 5.

—— *Jenson.* 79. 6.
—— *Venetiis.* 81. 4.
—— *Ibidem.* 84. 4.
—— *Basileæ.* 91. 5.
—— (*Basileæ.*) In-fol. Tomi duo. C. 33.
Eadem (*Mantelius.*) Tomi duo. C. 34.
Eadem. In-fol. Tom. primus. (*Basileæ Richel.*) C. 35.
—— (*Mantelius.*) In-fol. Tom. duo. B. 18.
—— (*Eggestein.*) In-fol. Tom. duo. B. 19.
Eadem. In-fol. E. 9.

Biel (*Gabriel.*)

Expositio Canonis missæ. (*Tubingæ.*) 99. 2.

Blondus (*Flavius.*) Foroliviensis.

Roma triumphans. (*Ulric. Gallus.*) In-fol. C. 36.
Historiæ decades tres. *Venetiis.* 83. 2.

Boccacius (*Joannes.*)

La fiametta. *Patavii.* 72. 10.
Genealogiæ Deorum. 72. 11.
De Montibus et Sylvis. 72. 11.
Genealogiæ Deorum. De Montibus et Sylvis. *Vicentiæ.* 87. 2.
—— *Venetiis.* 97. 6.
Libro di Florio et Bianzafiore. *Milano.* 78. 9.
L'Istesso. *Neapoli.* 78. 10.
Ameto ove Comœdia delle Nimphe Fiorentine. *Tarvisii.* 79. 7.
De duobus amantibus. Ex versione Leonardi Bruni. In-4°. D. 16.
De Claris mulieribus. *Ulmæ.* 73. 2.

—— (*Husner.*) In-fol. C. 38.
Des nobles malheureux. *Paris.* 94. 4.
—— *Ibidem.* In-fol. D. 3.
Le livre du Decameron. *Paris*, *Verard.* In-fol. D. 58.

Boetius (*Severinus.*)

De doctrinâ Scholarium. MS. 287. 20.
De consolatione philosophiæ, cum comment. S. Thomæ. *Coburgers.* 73. 3.
—— *Ibidem.* 76. 8.
—— *Nurembergæ.* 83. 3.
—— *Lovanii.* 84. 5.
De disciplinâ Scholarium. *Lovanii.* 85.—84. 5.
Consolatio philosophiæ. (*Belgicè.*) *Gandavi.* 85. 5.
—— Et de disciplinâ Scholarium. *Lugduni.* 87. 3.
—— (*Wensler et Biel.*) In-fol. C. 37.

Bollanus (*Dominicus.*) Venetus.

Questio de conceptione V. Mariæ. (*Mantel.*) In-fol. C. 40.
—— Altera editio. D. 7. et E. 35.

Bonardus (*Joan.*) Veronensis. V. Vergerius. 97. 25.

Bonaventura, Cardinalis.

Opus in secundum Sententiarum. *Tarvisii.* 77. 8.
—— *Venetiis.* 77. 9.
Vita di Sancto Francesco, compilata da Sto Bonaventurâ. *Mediolani.* 77. 10.
Sermones de tempore et Sanctis. *Zvollis.* 79. 8.
Ejus vita et miracula per Octavianum, 82. 3.
Opera multa. *Coloniæ.* 86. 4.

Stimulus divini amoris. *Paris.* 93. 1.
Dialogus. *Paris.* 94. 5.
Stimulus divini amoris. *Paris.* 94. 5.
Pharetra seu auctoritates ordine alphabetico dispositæ. (*Mantelius.*) In-fol. C. 41.
Soliloquium. (*Fyner.*) In-fol. C. 42.
Breviloquium. (*Sorg.*) In-fol. C. 42.
Stimulus conscientiæ. (*Spiræ.*) In-fol. C. 43.
Tractatus de Confessione. (*Paris*, *Cæsaris.*) In-4°. C. 44.
Regimen conscientiæ seu parvum bonum. Præparatio ad missam. (*Zellius.*) In-4°. B. 20.
Authoritates utriusque testamenti. (*Fyner.*) In-fol. C. 39.
De modo proficiendi, et de modo informandi juvenes. (*Gunth. Zainer.*) In-fol. C. 4.
Centiloquium. *Zvollis.* In-4°. D. 4.

Bonaventura a Brixia.

Regula musicæ planæ. 1500. 4.

Bonetus, de latis.

Anuli super astrologiæ utilitates. 89. 4.

Bon Homo (*Alfonsus.*)

Tractatus ad convincendum Judæos. *Mantuæ.* pag. 472. V. Samuel.

Bonifacius, Papa VIII.

Liber sextus decretalium. *Moguntiæ.* 73. 4.
—— *Basileæ.* 76. 9.
—— *Moguntiæ.* 76. 10.

Bonnor (*Honorat.*)

L'Arbre des batailles. *Lyon.* 81. 3.

Bononiensis (*Jo. Anton.*)

Summa de sponsalibus (*Flachen.*) In-fol. C. 45. V. 72. 29.

Bononiensis Camera.

Liber causarum civilium. In-fol. C. 46.

Bonvicinus a Ripa.

De vitâ scholasticâ carmen. *Paris.* 97. 7.
—— *Taurini.* E. 10.

Borgida (*Petrus.*)

Arithmetica. *Venetiis.* 84. 6.

Bosco (*Joan.*) de Sacro.

